Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS, DE

EXECUTIONE REI JUDICATÆ,

Quam

EX DECRETO ET AUTORITATE

Magnifici JCtorum Ordinis,

In illustri Wittebergâ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SUB PRÆSIDIO

Viri Magnifici, Nobilissimi, Juris-Consultissimiq;

DN. JEREMIÆ REUSNERI,

Collegii Juridici Ordinarii, Decretalium Professoris Publici, Curiæ Electoralis & Consistorii Ecclesiastici Assessoris,

Præceptoris ac Mecænatis sui sincerissimo affectu

CULTI COLENDI,

Ad examen Eruditorum solenne exponit

D. III. April. horis matutinis & pomeridianis,

In Auditorio Majore

JOACHIMUS Merger/ GRYPHIMONTE SILESIUS,

Summos in Utroq; jure Honores & Privilegia promeriturus.

WITTEBERGÆ,

Apud JOBUM WILHELMUM FINCELIUM,

ANNO cIↄ Iↄc LII.

1490.

VIRIS,
SPECTABILI,
Magnificis, Nobilissimis, Excellentissimis,
Amplissimisq;
DN. ORDINARIO, JEREMIÆ
REUSNERO, &c.
DN. AUGUSTINO STRAUCHIO, &c.
DN. GOTTFRIDO SVEVO,
DECANO p.t. &c.
DN. HENRICO COSELIO de
Pezlinovez, &c.
DN. CHRISTOPHORO BRESLERO, &c.
DN. MICHAELI LEDERERO, &c.

JURIS-CONSULTIS FAMIGERATISSIMIS,

Præceptoribus, Mecænatibusq; suis, sincerissimo animi affectu semper Cultis
Colendis,
Qvibus aliàs omne suum, qvaleqvale sit,
acceptum refero gratanti animo,
Hoc, qvicqvid est,

Dico, Consecroq;
in signum gratitudinis, æternæq; debitionis,

JOACHIMUS Nerger/
Autor & Resp.



UM sententia, nisi ei pareatur, inanis sit, eaq; nisi Juris remediis suspendatur, transeat in rem judicatam, cui standum *l. 32. D. de re judic.* neq; hæc sub prætextu qvovis instauranda, aliàs nullus erit litium finis *l. 2. C. eod.* & nunqvam aliqvis suum conseqvetur; atq; verò usu sæpe veniat, ut in exolvendo judicato mora partis victæ intercedat, nec tamen victrix rei judicatæ vigorem propriâ autoritate ad effectum adducere possit; *Remedium Executionis* salubriter excogitatum; qvà plenè qvis suo potitur: qvorsum enim in mei favorem sententia prolata est, nisi & deinde executioni mandetur? nec Judex post sententiam officio suo functus satis esse videtur, nisi post factam demum executionem, dicit *ex Panormitano Mundius de diffamat. c. 5. §. 6. n. 12.* multumq; autoritatis decedere ipsi videtur, si, qvam tulit, non exeqvatur sententiam, immò efflagitatam executionem detrectans, actione in factum ad interesse pulsari potest, nec enim per moram judicantis iniqva conditio & damnum inferendum Creditori, *Dn. Carpz. P. 1. C. 32. d. 1.* Huic Juris themati, qvod ob sui nobilitatem laudare non habeo [cumq; materia executionis qvàm latissimè pateat, præter rem qvasi, & de aliis executionis in causis civilibus agere animum induxi punctis] meum mancipare laborem volui, non qvidem, ut Virorum undiqvaq; doctissimorum, qvi hic mul-

tùm sudarunt, egregiis laboribus aliqvid addere possem, sed ut vestigia legens certa, ingenium exercerem. Cœptum meum ut beet Jesulus meus, cui omnia accepta refero, exoro eundem devotissimus. Sit itaq;

§. 1. *Rei judicatæ in causis civilibus executio est actus judiciarius, qvo id, qvod per sententiam obtentum est, vere & naturaliter victori præstatur.* Judiciarium actum dico, nec enim [privato] permittendum, qvod per Magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi *l. 176. D. de R. J.* neq;, qvod executio dicitur judicium seqvi, & in facto consistere, negandum, eam judiciarium actum esse; etenim si Processum spectes, haut officium Judicis expirasse videtur, nisi reipsa Actori satisfactum, & nihil utilitatis secum fert sententia, si hanc executus non sit judex; hinc, ex qvo Delegatus per se vel per alium sententiam executioni mandavit vel mandari præcepit, ejus auctoritas & jurisdictio cessat *c. 9. X de offic. & pot. judic. del. V.* 𝔑. 𝔊. *O. t. 6. in. f. pr. & t. 39. in pr. Dn. Carpz. p. 1. C. 7. def. 16. Coler. de P. E. in præf. à n. 9. Rosb. Pr. Civili t. 79. de exec. n. 1. Berlich. p. 1. conclus. 79. à n. 1.* Porro per remedium Executionis, qvod sententia victori verbis tribuit, ipso facto victor qvoqvo modo debitum recuperat; & tum qvoq; cum inopia debitoris actionem excludere videtur, cum ad ipsius debitoris detentionem perveniri possit. *Coler. de P. E. in præf. n. 24.*

§. 2. Axioma commune sunt Dd. Qvi sententiam tulit, eandem & ipse exeqvi debet judex, modo Jurisdictioni ipsius victus sit suppositus; *Berlich. p. 1. conclus. 79. n. 12.* [*qvi & n. 7. & 58.* tractat, qvomodo ex confessione & instrumentis recognitis fiat executio] Qvanqvam tamē & alius præter judicē interdū exeqvatur: *V. Ummius ad Proc. ff. D. ff. Fin. th. 1. n. 6.* Judex verò ille *aut est prior,*

qvi

aut Appellationis, aut delegatus. Prior exeqvitur, ſi ab interpoſita Appellatione diſcedatur, & in deſidiâ reliqvum tempus permaneat, aut Appellatio deſerta pronuncietur, aut ex aliâ causâ Appellatione appellator defraudetur *l. f. §. 4. C. de temp. Appell.* Judex Appellationis exeqvitur, cum reformavit prioris ſententiã, ſed & cũ confirmavit, deferens enim Appellationi, jurisdictionem cauſæ à ſe amovit, inq; Superiorem transfudit; & ita de J. Civili, per ea, qvæ habet *Berlich. P. 1. concl. 79. n. 8. Treutler. Vol. 2. Diſp. 23. th. 2. l. a. Gail. 1. Obſerv. 113. n. 16.* qvamvis Jure Canonico res videatur aliter ſe habere, ut & judex prior exeqvatur, ſi ſua ſententia in Judicio Appellatorio ſit confirmata *c. 59. ſub f. & c. 61. ſub f. X. de Appell. Coler. de P. E. p. 2. c. 1. n. 117.* Delegatus [non cui à Principe, vel alio Superiore mandata eſt Jurisdictio, ille enim indubiè exeqvitur *c. 28. X. de offic. & pot. jud. deleg.*] jure qvoq; civili exeqvi poteſt [modò ipſe delegans ſibi expreſsè poteſtatem exeqvendi non reſervavit] cum ob mandatam ſibi Jurisdictionem & Judicem dare poſſit *l. 12. §. 1. D. de Judic.* jam verò datio Judicis importat qvoq; ſententiæ executionem *l. 15. pr. D. de re judic. Ummius d. l. n. 5.* neq; , qvod executio magis ſit Imperii, qvàm Jurisdictionis *l. 1. 2. 3. D. de jurisd.* ipſi hic actus adimendus, ſiqvidem ſupponendum, Commiſſarii Jurisdictioni & mixtum adhærere imperium: *V. Menoch. 1. Arbitr. qvæſt. 74. n. 49.* De Arbitris alias, qvi ſint, vide *Schneid. ad pr. J. de Act. n. 25. Oldendorp. claſſ. 1. Act. 12. n. 4.* itidem an rem judicatam exeqvi poſſint, *Hilliger. ad D. E. l. 27. c. 2. in pr.* De Executore rerum feudalium res ita ſe habet: Judex loci ordinarius reqviſitus regulariter in fructus tantùm & commoditates Feudi executionem facit, in qvibus feudum ſine conſenſu domini alienari poteſt, vel in qvibus dominus

 etiam

etiam invitus consentire, tenetur; *Hartm. Pistor. Ill. Electoris Saxon. dignissimus & ex Intimis Consiliariis, itemq; accuratus & sedulus indagator usitatæ Practicæ per terras Saxonicas* [uti hoc encomio ipsum mactat *Coler. d. P. E. P. 1. c. 2. n. 19.*] *lib. 1. quæst. 15. n. 33.* N. G. *O. t. 50. super.* Dominus verò Feudi, [etsi aliàs ejus cognitio circa naturam tantùm privationemq; Feudi versetur, cum quorum neutro æs alienum & executio qvid commune habet,] si præsertim cum Feudo loci etiam jurisdictione munitus sit, resq; in ipsius territorio sita sit; *And. de Isernia in c. Imperialem 1. §. præterea si inter duos tit. de prohib. Feudi alien. per Frider. n. 39. ibi, qvod in re burgensatica;* etiam in ipsum utile Feudi dominium reqvisitus executionem mandare potest; N. G. *O. d. l.* potissimum si ipsius consensu æs alienum sit contractum N. G. *O. d. t.* §. Was aber die Schulden betrifft; *Hartm. d. l. n. 84. Berlich. p. 1. concl. 82. n. 6. 8. 28. 36.* Qvin & Pares Curiæ contra contumacem dominum pronunciabunt & exeqventur, si possunt, & Vasallus Actor hoc petat, *Rosenthal. in Synop. Juris Feud. c. 12. concl. 76. p. m. 422. Excell. D. Struv. Præceptor atq; Mecœnas Colendiss. Exerc Feud. Ult. ass. 7. in medio.* Ut sententia executioni mandari possit, pro dominanti reqvisito competentia judicis exigitur; hinc qværunt, num sententia ad consilium Peritorum lata, nomine Judicis non adjecto, transeat in rem judicatam? Si modò autoritate Judicis sit prolata, nec pòst retractanda, veris supervenientibus probationibus; sic enim semper Judicibus reformandi sententiam occasio præberetur, nec litium ullus futurus esset finis, & multi processus Judiciarii cum magno partium detrimento rescinderentur. *V. l. 17. D. de Jure Patronat. P. 1. C. Elect. 16. & ibi Mollers, Greven. l. 2. concl. Practic. III. Consider. 1 Consult. Sax. p. 1. q. 22.*

q. 22. Tom. 1. & p. 3. q. 28. tom. 2. Bachov. ex parte, ad Treutl. Vol. 2. Disp. 23. th. 2. lit. b. vers. unde oritur difficilis. Zobel. p. 1. differ. 39. n. 2. & 3. Qvod obtinere putandum etiam in casu, si Collegium ad unum reciderit *l. 7. inf. D. Qvod cuj. univ. nomine; Dn. Rosa ad Moller. d. p. 1. C. 26. n. 4. l. a.*

§. 3. Objectum Executionis sunt res in judicio petitæ, inq; condemnationem deductæ, liqvidæ, certæ, expeditæ, definitæ *l. fin. C. de compens. l. 9. C. de bon. aut. judic. possid.* Qvod verum, si certum corpus sive in rem sive in personam actione sit petitum, cum aliud pro alio invito Creditori solvi non possit, neq; præstando interesse liberetur debitor, âq; cũctante, manu militari, officio judicis potest possessio transferri, modò restituendi facultatem habeat, aliàs enim ad rei æstimationem ex aliis ipsius bonis desumendam perveniendũ: *l. 68. in pr. D. de R. V.* N. G. *O. t. 39.* §. nemlich wenn ein Vrthel. §. Vnd do ein Vrthel. Ubi veró ad debiti exsolutionem, vel æstimationis aut interesse præstationem actum est, executio indiscriminatim fieri potest in rebus omnibus, qvas reus in bonis habet; hîc enim certum corpus vel certa res in condemnationem deducta non est, proinde victori satisfieri poterit ex qvibuscunq; judicati bonis, observato ordine *l. 15. D. de re judic.* N. G. *O. d. t.* §. Vnd do ein Vrthel / *ibi* were aber der Beklagte. Atq; hoc paratæ executionis jus conceditur omnibus Creditoribus rem judicatam habentibus, & fide jussoribus judicatum solvi, *Berlich. p. 1. Concl. 80. n. 2.*

§. 4. Contra victum fit Executio, non autem Procuratorem vel defensorem; licet enim post litem contestatem domini fiant *l. 23. l. 24. C. de Procur.* judicium enim accipiendo & litem contestando contrahunt *l. 3. §. 11. idem D. de pecul.* id tamen tantùm intelligendum respectu rei

in

in litem deductæ, non verò ratione dominii, cum procuratori sit mandata tantum defensio & dominus pro eo satisdedit, sicq; verbis obligationem judicati suscepit, *arg. d. l. 3. §. 11. D. pecul.* unde & ipse condemnatur *l. 1. C. de sent. & interl.* nec, licet fraude vel qvavis causâ damnum litis sit datum, res judicata rescindenda, sed domino datur actio contra Procuratorem *l. 10. C. procur. l. 15. C. mandati.* Nec Tutor & Curator sunt in ea conditione, ut in eos judicati actio dari possit *l. 4. §. 1. D. de re judic.* & Syndicus Universitatis potest rem judicatam recusare *d. l. 4. §. 2.* cum ex necessitate fungantur munere, qvod ipsis damnosum esse non debet *l. 26. C. de adm. Tut.* Qvamvis si ex non justâ causâ sit litigatum, ratione expensarum in ipsos fiat executio *l. 6. non est ignotum C. d. t.* Sicut & in Procuratorem falsum, modò ignoret dominus, cum suo nomine agere, *Marant. in Spec. p. 6. de Exec. n. 39. & 40.* Qvin & universalem successorem executio ferit, jus enim exeqvendi influit in eum, qvi locum condemnati repræsentat: Etiam in Vasalli successorem factum defuncto heredem, respectu debiti in causâ allodii contracti, sive feudum sit hereditarium sive novum, sive inventarium confectum, sive non, cum hic qvis non suo, sed jure repræsentationis veniat, qvem sicut commoda sic & incommoda manent *l. f. §. f. C. de imp. & aliis subst. 2. F. 45.* cumq; Feudum hereditarium restitutioni fideicommissi universalis subjaceat, *Gail. 2. Obs. 154. n. 10.* De Jure vero Feudali Sax. res sese habet aliter; ibi enim per simultaneam investituram agnati jus qvæsitum habent, qvod ipsis invitis auferendum non est; Torg. Aus-Schreib. *de anno 1583.* §. dieweil aber dennoch. & wir behalten s. jedoch den Mitbelehnten *Dn. Carpz. p. 2. C. 46. def. 3. n. 8.* jam vero ubi qvis absolutè bonorum dominus non est, nec

nec qvoq; in ea executio fieri poterit simpliciter. Singularis Successor immunis ab hoc onere, cum obligatio personalis fundum non seqvatur *l. 1. §. 16. si hæres D. ad SC. Trebell.* & sicut executio ex personali conventione tertio non prodest, ita nec nocere debet *l. 27. §. 4. ante omnia D. de Pactis Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 24. Berlich. p. 1. Concl. 80. n. 46.* Num vero sine novâ instantiâ, sententia, qvæ lata contra Principalem, contra fidejussorem judicatum solvi executioni mandari debeat, qvæstionis est? non sic, cum fidejussor, ceu persona accessoria, unà videatur esse condemnatus, *l. fin. §. 1. C. de usur. rei judic. verbo, statim*, qvod summariam cognitionem infert: Sed & dum sese cautione judicatum solvi adstrinxit, fassus est in judicio, se illud debere, qvod judicabitur, debitumq; hoc judici liqvidum, *v. l. 2. C. d. t. Trentacinq. l. 2. practic. Resol. t. de expens. resol. 3. Rauchbar. p. 2. q. 7. n. 27. Hilliger. ad D. E. l. 26. c. 3. in notis lit. b.*

§. 5. Æris, rebusq; jure judicatis triginta dies justi, qvi ita jure, non arbitrio Magistratus habentur, sunto; *A. Gell. 20. Noct. 1.* Qvod spatium dilatarunt Impp. *Justinianum* præcedentes, præstabantq; solis reis condemnatis duorum mensium laxamentum; ipse verò *Justin.* qvadrimestres inducias & ad fidejussores & mandatores extendit *l. fin. §. fin. C. de usur. rei judic.* Qvod tempus ita in actione personali statutum; in reali verò in continenti restitutio seu satisfactio seqvi debet; [ratio discriminis, qvod facilius res aliena restitui possit, qvàm pecunia explicari, *Hilliger. ad D. E. l. 27. c. 4. in Not. sub C.*] si qvamprimum res restitui potest: at forteàn si possessor prætendat, se non posse impræsentiarum restituere, ibi spatium, Judici arbitrandum, ipsi non frustranti indulgendum, *§. 2 J. de Of. Jud. Rosb. Pr. Civ. de exec. n. 14. De J. Sax.* N. G.

O. t.39. §. nemlich wann ein Urthel; in actione reali condemnatus intra 14. dies restituere debet, aut post ipsi per executionem aufertur res & victori traditur: personaliter verò condemnato ad solvendum vel executionem seu immissionem subeundum terminus Sax. præfigitur; *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 3. & 4.* Spatia illa & arctari & prorogari possunt à Judice Ordinario & Delegato, & omni, qvi Jurisdictionem habet, & exeqvi sententiam potest, modò non temerè, sed ex justâ causâ, ut si victus indignus dilatione, aut præstandæ rei facultatem habeat *l. 31. D. de re judic.* aut mora in periculo *l. 2. D. d. t.* aut causa cum utilitate publicâ juncta sit *d. l. 2. & l. 1. D. sol. matrim.* judicati tempus mutetur: Et indubiè illi termini in favorem debitorum sunt inducti, qvibus renunciare poterunt *c. 15. X. de sent. & re judic.* hinc & consentiente debitore Termini Executionis, Immissionis & Taxationis contrahi possunt, *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 6.* & pro uno tantùm termino expensæ solvendæ *def. 7.* qvamvis debitor, durante executionis Processu, ad interusurium obstrictus sit, *def. 31.*

§. 6. Pro Executione jure prodita est actio Judicati & imploratio officii Judicis. Res judicata igitur parit etiam actionem, qvò sententiæ omnimodò satisfiat *Wesenb. π. D. de re judic. n. 8.* Condemnatur enim, ut pecuniam solvat is, nisi judicatum fecerit, cujus de eâ re notio est, judicium dabit. Hæc verò ex qvasi contractu nascitur, cum consensui litigatorum in rem judicatam judicium accipiendo eam vim lex tribuat, ut actionem pariat; litem enim contestans in eo consentire videtur, qvod judicio contendere, qvàm solvere mavult; *Bachov. Miscell. Disp. c. 2. p. 17.* Qvæq; datur ei secundum qvem judicatum est à qvocunq; Judice, & in ipsius, sicut & condemnati heredes

des transitoria est; petendumq; in eâ ab adversario id, qvod judicatum fuit. Verum enim hæc ita introducta incommodat potius qvàm prodest, cum judiciariam solennitatem prolixiore temporis tractu exigat, qvàm simplex executio, dum idem, qvod priore, hac iterum petatur actione. deinde cum obligationem ex obligatione & sic litem ex lite duplicet, *contra l. 4. §. 3. ait prætor. D. de re jud. c. l. 3. C. de fruct. & litium expens.* Sed optimè hæc introducta, cum ea officio Judicis latior pateat, in eam enim & damna veniunt, moraq; cõmissa æstimatur, unde ob moram usuras petere licet centesimas post tempus judicatis datum currentes *l. fin. C. de usur. rei judic.* [dicuntur ita, qvia centesimo mense sortem æqvant, cum singulis mensibus de centenis aureis unus solvatur] proinde & novâ adjudicatione opus: nec ita lis vitio legis crescit, sed ob contumaciam non obtemperantis sententiæ: qvin & in ipsâ executione adhuc exceptiones opponi possunt, qvas per sententiam tollere neqvit Judex: *V. Oldendorp. cl. 1. act. 12. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 23. th. 5. lit. f. & g.* Addunt Dd. ulteriùs, qvod hæc actio qvodammodo paratam habeat executionem, cum in eâ nihil qværatur, nisi an judicatum sit, nec ne *l. 56. D. de re judic. & l. 40. D. minor. ibiq; Godofr. lit. i.* Hincq; *Gail. l. 1. Obs. 113. n.* 11. ait, in executionis processu nullo opus esse libello, ne aliàs post sententiam definitivam in actione judicati alia ferenda esset sententia, & processus hydræ capita repræsentaret. Qvod cum ita sit, nihil intererit sive contra executandum agatur actione sive officio Judicis, & etiamsi ad hoc victor confugerit, usuræ tamen centesimæ in restitutionem venient, *Ummius D. 23. ad Process. th. 3. n.* 19. [Sunt tamen casus, ubi, si agatur hoc modo, opus est Citatione, *V. Marant. in Spec. de Exec. à n. 18.*] Illud

verò Judicis officium mercenarium non est, quod actioni propositæ unicè inservit in his, quæ ante litem contestatam in prosequendâ atq; terminandâ lite emergunt, circa fructus & interesse & usuras &c. Sed Nobile, ubi Judex nullâ obligatione prævià, solâ Juris autoritate, vel ob æqvitatem, aut motu proprio (ut in criminalibus *l.* 13. *D. de officio præsidis*) vel ad postulationem alterius in integrum restitutionem concedit, tutores dat & decreta interponit; atq; hoc nullum processum solennem desiderat; sed Judex de executione imploratus à præcepto incipere potest, qvod & magis proficuum Victori, *Marant. de exec. n.* 8. Qvanqvam & ubi per officium Judicis executio sententiæ fit, condemnatus ad exceptiones admittendus est, qvotqvot ei post pronunciationem prioris Judicis competere cæperunt, e.gr. pacti de non petendo & c. *Oldend. d. l. cl.* 1. *act.* 12. licet enim sine ullâ cognitione sententia facienda sit, id tamen tantùm verum qvoad priorem litem, non verò qvoad summariam cognitionem denuò emergentium, *id. ibid.*

§. 7. Executio non debet fieri à parte victrice, sed à Judice, qvi dat executoriales vel præcepta executiva; illæ decernuntur, qvoties executio immediatè ad Cameram spectat, si pronunciatum in causâ Appellationis, benè judicatum, & malè appellatum; *Ordin. Cam. p.* 3. *t.* 50. *Felin. in c. pastor. n.* 14. *X. de offic. Judic. deleg.* Hæc vero, cum executio ad Judicem à qvo spectat, ubi Appellationis Judex pronunciavit, Appellationem esse desertam, vel vigore privilegii, aut aliâ ex causâ devolutam, *Gail. lib.* 1. *Obs.* 113. *à n.* 13. *Berlich. P.* 1. *Concl.* 79. *n.* 14. *Colter. de P. E. p.* 3. *c.* 8. *n.* 12. *&* 28. ubi habet formulas. A qvo verò, si judex à qvo vel differat, vel deneget executionem, siq; pendente lite executandus forum mutavit, executio

fiat,

hat, vide *Berlich. d. l. à n. 17. & Gail. d. l.* N. G. *O. t. 39. in pr. ibi*, daß ein jeder/dem solche.

§. 8. Licet reus condemnatus sit ad reddendum, qvod debetur, & ad rem victori restituendam; non tamen victor rem adjudicatam vel aliud ejus nomine, qvod petebatur, invadendo occupandoq; sibi licentiam sumat, aliàs jus suum perdit *l. 7. C. unde vi*, nisi ipsi potestas exeqvendi per judicem facta sit; qvanqvam nec hic, præbitâ licentia, invadendū sit, si victus præsertim resistat, *Coler. de P.E. in præf. n. 13.* [Sunt tamen casus, ubi & proprio ausu occupare licet; ut habens civilem possessionem propriâ autoritate occupare naturalē vacantē potest *arg. l. 2. C. de A. & R. P.*] & si ab initio conventio inter partes sit inita, vel statuto loci introductum, qvod liceat Creditori privatâ autoritate facere executionem, dicunt tamen, tutius esse, & hic reqviri Judicis licentiam, *Coler. de P.E. p. 2. c. 1. n. 5.* ut sc. petatur, per Judicis ministros executionem expediri; qvi executores tamen ante omnia docere debent de mandato Judicis, ostendendo ejus literas vel commissionem, aliàs ipsis impunè resistitur *l. prohibitum 5. C. de Jure Fisci l. f. C. de bonis vacant. Marant. de ord. judic. p. 6. tit. de Citat. n. 78.*

§. 9. Suprà tactum, qvod si per sententiam certa species vel corpus evictum, id qvoq; victori præstandum: aliter vero res se habet, si ad debiti vel æstimationis vel interesse solutionem reus condemnatus est; nam hic impetratis executorialibus aut præcepto executivo, ad ordinem exeqvendi pervenitur; Qvi sese offert *vel in Mobilibus, vel immobilibus vel Nominibus l. 15. D. de re judic.* Et qvidem primo res in causâ judicati pignori capiuntur *l. 2. C. si in caus. judic. pign. captum sit:* Qvarum initium capimus à rebus mobilibus *l. 15. §. 2. D. de re judic.* nec sisti

poteſt executio, ſi pro mobili immobilem rem obtrudere vellet debitor invito creditori, cum hic captionis pignorum ordo favorem Creditoris potisſimùm reſpiciat. Mobilia tamen ipsa à ſe invicem diſcriminanda ſunt; à vilioribus enim incipiendum, ſi celerem patiantur executionem, *arg. d. l. 15. §. 4. ibi, ſed illud debet dici;* N. G. *O. t. 39.* §. Und do ein Urthel/ *ibi*, die Beſcheidenheit gebrauchen. & §. man ſoll aber auch/ &c. [Quod procedere dicunt, ita volente Creditore & extra concurſum] Capienda primo pecunia præſens *d. l. 15. §. 7. verſ. oportet enim D. de re judic.* [*Quod J. Sax. p.* 1. *Conſt. 32.* extenditur ad pecuniam diſtinctis temporibus exolvendam, *vide ibi Moller. Berlich. P. 1. concluſ. 84. n. 18.*] *Papienſ. in form. ſent. diffin. n. 22. p. 208.* cumq; per nummum aliæ res æſtimentur, fruſtrà pignorantur alia mobilia pro evitando circuitu, ne illa deinceps denuò taxari & æſtimari, vel aliter in pecuniam redigi oporteat, *dicit Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n.* 26. imò & pecuniâ in arcâ recluſâ judicato ſatisfieri debet *d. l. 15. §. f.* Deinde procedendum ad rem mediocriter pretioſam; pòſt aliã pretioſam ſupellectilẽ, & tandem in ſubſidiũ [de qvo & infrà] mobiliũ, immobiliũ juriumq;, ad lectos, veſtes, inſtrumẽta, vaccas, oves, eqvos aratorios & frumentũ agris ſeminandis deſtinatũ *arg. l. 7. executores & Auth. Agricul. C. Quæ res pignori oblig. poſſ. Marant. in Spec. p.* 6. *de exec. n. 31.* N. G. *O. t. 39.* §. anfänglich ſwir: Siq; debitor qvædam pretioſa occultat, ea ipſe ſuiq; manifeſtare neceſſe habent, etiam mediante juramento, aut, cæteris paribus, à captura debitoris inchoari poteſt, *Maranta d. l. n. 27.* ſi ſcil. res ſoli non adſint; *Coler. de P. E. P. 3. c. 9. n.* 46. & ſi debitor, ne ad immobilia perveniatur, pretioſa ſua vilisſimis aliorum permutet, tunc Creditori cavent Practici, ut exoret Judicem, qvo ea venum det,

plusq;

plusq; offerenti dentur, & ipsi pretium solvatur, *Papiens. in For. exec. sen. n. 23. p. 208. Coler. de P. E. p. 3. cap. 9. n. 47.*

§. 10. Si mobilia deficiant (qvod patet, si terminus ad exhibitionem mobilium debitori sit præterlapsus) aut debito non sufficiant, ad immobilia transeundum est, *in d. l. 15. §. 2. ibi, si non sufficerint.* N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun so viel *ibi* alsdenn erst zu den liegenden Gütern und andern / so denen / dem Rechte und Gewonheit nach / verglichen / *&c.* [ut sunt annuæ præstationes perpetuæ, jus venandi, piscandi, Jurisdictio &c. resq; omnes, ex qvibus fructus percipiuntur.] Hic etiam à vilioribus & debitori minus damnosis incipiendum. N. G. *O. d. t. 39.* §. und do ein Urtheil *ibi* vermöge der beschriebenen Rechte; cumq; per hanc bonorum capionem inducatur pignus judiciale, qvod conventionali consonum *l. 3. C. Qui potior. in pign.* in pignore verò conventionali ob dubium alienandi & distrahendi eventum, majus pignus sumere liceat, id qvoq; hic obtinebit, ut pro judicato aliqvando pingvior res nexui accipi possit; qvod confirmavit *Serenissi. Elector. Saxon.* in der N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun / *ibi* Jedoch weil durch solche *&c. Berlicb. p. 1. concl. 87. n. 110.* Executio etiam fieri potest in silvas cæduas (non cæduas enim, ut glandaria & lucos excipimus, *arg. l. 9. D. usufr.*) ita tamen, ne per eam devastentur N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun *ibi* und soll in den Hülffen sonderlich *&c.* aliàs executori, coadunatis hominibus resisti impune potest, *Menoch. l. 2. arbitr. judic. qvæst. cent. 4. cas. 378 incip. agricultura n. 9:* Sicut & mandata inhibitoria sine clausulâ contra hujusmodi silvarum devastatores decerni solent, *Gail. 2. Obs. 67. n. 8.* inq; tributaria rustica prædia executio fieri potest, si tamen eorundem divisio evite-

evitetur N. G. O. d. t. *ibi*, oder die Bauergütbere / davon Dienste/Fröhne / Zinsen und anders zuentrichten/ getrennet &c. *Dn. Carpz. P.1. C.32. def. 11. Berlich. p.1. concl. 81.* Id non celandum, qvod immobilium evitari possit executio, si nomina liqvida debitori adsint, & sine expensis facilè & figurâ Judicii exigi possint, qvod privilegii instar indultum debitori N. G. O. d. t. §. endlich wenn / *ibi*, es wolte denn der Schuldener &c. Contra, in nomina licet liqvida, executio non datur, si res certa Creditori pignori nexa, aut in judicato expressa sit; jus enim alicui semel qvæsitum sine facto seu consensu ipsius ipsi auferri neqvit *l. 11. D. de R. J.* N. G. O. d. t. §. und diese bißhero/ *ibi*, wann / wie obenbemeldt / das Urtheil nicht &c. Qvod verum esse videtur, si extra concursum versemur, & aliàs Creditor pignoratitiam intentet *d. t. §. seq. in. f. Dn. Carpz. p. 1. c. 32. d. 12.*

§. 11. Cum & immobilia deficiunt, ad jura & nomina, si nō ea inficientur ii, qvi debitori obnoxii sunt *l. 3. C. qvando fiscus vel privatus &c.* transeundum; *d. l. 15. §. 2. ibi, qvod si nec qvæ soli sunt*, N. G. O. d. t. §. endlichen wenn die liegenden Gütere nicht zureichen &c. ubi hoc subnectitur qvoq;: Deßgleichen wenn wieder Unmünd... verholffen würde / soll die Hülffe erstlich zu den Schulden uff Gefahr und Kosten des *Debitoris* ergehen &c. qvod desumtum ex *l. magis puto 5. §. 9. non passim. D. de reb. cor. qvi sub tut. Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n. 32.* modò ejusmodi pupillaria nomina ante primum actum executionis Creditori offerantur *Berlich. P. 1. concl. 81. n. 236.*] Inter pignorum verò captiones hic primus locus debetur instrumentis obligatoriis, qvibus captis, omne, qvod ibi continetur, intelligendum, *arg. l. 1. C. de donat.* deinde denunciandum debitoris debitori agnoscēti debitū *d. l. 3. C. qvando fisc. vel privat.*

privat. & d. l. 15. §. 9. D. de re judicatâ ne suo Creditori solvat, sed cui creditor hic condẽnatus est *l. 4. C. qvæ res pign. oblig. & l. 1. C. de condict. ex lege.* aut pecunias penes Judicem deponat, aut judex ipsum ad se vocet, qvem qvoq; confitentẽ assignabit pignori Creditori & ad solvẽdum per juris remedia compellet; *Papiens. in formâ exec. sent. diffin. n. 24.* Cui inficianti, modò præsumtio contra ipsum sit, juramentum imponi potest, ut patefaciat debitum *arg. l. 9. negantes. C. de O. & A. Umm. Disp. Fin. ad Process. th. 4. n. 22. Berlich. P. 1. concl. 81.* Et ita executio expeditur, pro qva certæ expensæ, Hülffs-Gelder/exolvendæ, qvæ arbitrariæ sunt, & in ipso executionis actu solvi debent, nec etiam pro liqvidissimo debito executio conceditur, nisi illis priùs exolutis, *Moller. in Semestr. lib. 2. c. 40. n. 8. Dn. Carpz. P. 1. c. 32. def. 32.* nisi Creditor Electoris Saxon. jurisdictioni sit suppositus Churfürstl. Proceß *O. anno 1612. tit.* Justitien-Sachen. *§. 20. sub fin. vers.* auch wann der Gläubiger unser Unterthaner ist. Ordo hactenus explicitus immutari potest, cum sit in favorem Creditoris inductus, qvi beneficium repudiare potest: qvi ita immutatus haut reddit nullam executionem, *Umm. Disp. ad Process. Fin. th. 4. n. 22.* Qvod cum ita sit, auscultandus non erit *Marcellus Cala Tract. de articulandi & probandi modo, Summario Glos. 4. 70.* qvi tum demum hanc executionis præposterationem sustentari vult, si Judici permissum, causas terminare, *solâ facti veritate inspectâ.*

§. 12. Rebus ita captis & occupatis, executionis pars est, ut capta adjudicentur, distrahantur ab ipsis executoribus *l. 2. C. si in causâ judic.* exq; pretio victori pecunia debita solvatur; *d. l. 15. §. 2. ibi, mox distrahi:* proceditq; distractio, si intra duos menses non solvatur *l. 31. in f. D.*

 de

1596. *de rejudic.* post qvorum fluxum pignus subhastandum est *l.3. C. de exec. rei judic.* pluribusq; licitantibus addicendum. De qvibus prolixiore esse nolo. Mobilia pignori capta, si apud debitorem parata sint, confestim Creditori pro modo qvantitatis debitæ liqvidæ assignantur, inq; solutum traduntur. Jus verò luendi pignora de mobilibus capta universale non est: *Berlich. p.1. concl.81. n.84.* Res mobilis etiam sub hasta vendi potest & plus offerenti tradi N. G. *O. t. 39.* §. und wenn also zur Fahrnüß/ nam & in mobilibus locum vindicat, *ne aliud pro alio &c. l. 2.* §. *1. D. de R. C. Rauchb. p. 1. qvæst. 46. n. 3. Berlich. p. 1. concl. 81. n. 80. Dn. Reinh. Rosa ad Moller. p. 1. C. 32. n. 19. lit. b.* Qvi in contrarium allegat *Coler. p. 3. c. 9. n. 82.* qvi tamen ibi tantum loqvitur de esculentis & potulentis, qvorum valor cum constet, qvid opus ullà subhastatione? & in contrarium allegat *Ferrariens. in forma exec. sent. diffin. n. 23.* sed scopus hujus §. *23.* est, obviare dolis occultantium res exeqvendas; deinde qvod dicit, mobilia venalia exponi debere, & plus offerenti dari, concedit mobilium subhastationem; dum enim judex pignora pro judicato capta proponit publicè venalia, hoc vocamus subhastationem, *dicit Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n. 86.* Bona ita mobilia secundum morem taxata si in solutum accipere detrectet Creditor, & ea de unâ qvaterdenâ in aliã trinâ vice subhastata sint, nec inveniant emtorem, tunc Creditor ipsemet licitetur, certum ponendo pretium; eaq; trinâ vice proclamata bona plus offerenti vendantur atq; tradantur; vel, nullo emtore reperto, Creditori pro suo pretio adjudicentur; qvæ ipso nolente in solutum accipere, subhastentur iterum, & nullo alio emtore apparente, Creditori adjudicata perpetuò penes ipsum manebunt N. G. *O. t. 39.* § Findet sich aber nach beschehener Feilbietung §. und.

deme/

deme/ so am meisten §. oder do sich niemands findet; *Berlich.p.1. concl. 81. à n. 92.*

§. 15. Bona immobilia pignori capta si simpliciter in solutum accipiat Creditor, videtur de toto accepisse debito, cum rescriptum sit, non posse Creditorem, qvod amplius sibi debetur, petere, qvia velut pacto transegisse de credito videtur *l. 15. §. 3. D. de re judic. ubi Godofr. l. g. ait*, beneficium *l. 2. C. de resc. vendit.* locum non habere, qvoties Creditori res adjudicatur: Sed contrà facit, qvod *d. l. 2.* etiam in transactione locum inveniat, qvia læsio nullis verborum etiam amplissimorum clausulis excluditur, *Heigius p. 2. q. 9. n. 29.* in dicto verò casu transactum censetur *l. 5. C. de dolo malo, Const. Elect. 34. p. 2. ibiq; Dn. Carpz. def. 1.* Porrò res hæ pignoratæ venum exponuntur, plusq; offerenti venduntur, pretiumq; traditur Creditori, aut ipse Creditor, si nullus adsit emtor, instar extranei eas emit, aut absq; ullâ æstimatione subhastantur, vel, præcedente Creditoris licitatione, venum exponuntur, vel judicialiter taxantur, & ita taxata proclamantur publicè; N. G. *O. d. t. 39.* §. und weil vermöge desselbē: Qvi ordo inverti non debet, *Dn. Carpz. P. 1. C. 32. def. 37.* Num verò tempore subhastationis præterlapso pænitere liceat? minimè, cum res ampliùs non sit integra, videaturq; inter proclamantem seu vendentem & licitantem seu emtorem oborta obligatio, qvæ jam necessitatis est *l. 5. C. de O. & A.* etiamsi subsecuta sit altera subhastatio *arg. l. 2. D. de in diem addict. Damboud. de Subhast. c. 5. n. 11. Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 45.* qvo spatio qvoq; elapso periculum rei subhastatæ ad licitatorem pertinet, licet nec dū adjudicatio sit secuta, licitator enim est instar emtoris; ad hunc vero, sicut ante traditionem periculum rei pertinet, cum perfectâ emtione statim jus habeat do-

minii, ac proinde habetur, ac si jam esset dominus, cum non nisi per ipsum stet, qvò minùs dominium conseqvatur, *A. Faber. in Codic. lib. 4. t. 40. def. 8. n. 9.* sic etiam ante adjudicationem damnum ad licitantem spectabit; *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 48.* Hincq; hoc pullulat, qvod & ante judicialem adjudicationem licitator fundum subhastatum possidens ab onere Tributorum & collectarum immunis non sit; hæc enim onera ipsa prædia afficiunt *l. 7. D. de public. & vectig.* cumq; ex ipso fructus in possessorem redundet, utiq; & onus sentire debet respectu rei *l. 13. in f. D. de impens. in res. dot. l. 13. C. de act. emti. Dn. Carpz. def. 50. d.* Nunc dicendum esset de subhastatione Actionum, sed ea nulla est; hinc & in *l. 15. §. 2. D. de re judic.* distractio de rebus mobilibus & soli tantùm dicitur, cum illa nomina suum statim certum pretium habeant.

§. 14. Commodum jam esse videbatur de bonorum taxatione & æstimatione pauca addere. Primò memoriâ dignum, qvod in taxandis allodiis sint ordinati tantùm Scabini Provinciales, qvi res pignori nexas vel præsenti pecuniâ, vel distinctis temporibus solvendâ æstimare debent, *P. 1. Const. 32.* §. Würde sich aber der Schuldener; Torgau. Ausschreiben *tit.* von Feilbieten §. do aber der Gläubiger. N.G. *O. t. 39.* §. würde aber der Gläubiger/ *ibi*, durch die Land-Schöppen umb baar Geld/ und auff Tag-Zeiten würden zulassen [de Feudalium bonorum æstimatione aliter ap. *Berlich. p. 1. concl. 85. n. 6.*] & qvidem interposito, si de novo ordinantur, *Moller. ad Const. P. 1. C. 32. n. 15.* juramento credulitatis, æstimant *l. 6. §. 1. vers. mobilium verò C. de secund. nupt.* qvi, rebus priùs inspectis, mobiles æstimabunt, qvod facillimè expedire possunt, ponderaturi tamẽ & loci, & regionis qvalitatem, communemq; usum, adhibituriq; artifices rei

æsti-



æſtimandæ. In æſtimandis immobilibus, ſi nullum vel à lege vel ſtatuto, vel Principe aut Rep. certum ſit præfinitum pretium, commodior æſtimandi non eſt ſubhaſtatio, qvàm ut per licitationes rerum pretia explorentur, aut ipſe Judex ſeſe de valore rei per Juſtitiæ Conſultos informet, aut peritos in arte conſulat, aut locorum conſvetudinibus ſtet, giebt acht auff die gemeine Landes-Anſchläge / ſc. in fructibus, & reditibus annuis; vel horum pretium, ponderatis omnibus, ſtatuant æſtimatores; qvi & per teſtium depoſitiones rei pretia expiſcari poſſunt, *Maſcard. de Probatio. Vol. 2. concl. 657. n. 1. & ſeqq. & concl. 659. 661. per tot. & Vol. 3. concl. 1404. n. 1. & ſeqq.* Statuuntq; Qvidam, qvod pretia rerum probari poſſint per librum communis æſtimi vel cataſtri; *vide tamen Coler. de P.E. p. 3. c. 9. n. 169. verſ. ſubdubito tamen.* Poſſunt & ad exemplum aliarum venditionum res æſtimari. Siq; de finibus contentio ſit, & emtor vel venditor ſcire velit, qvanti ager veneat *l. 1. D. ſi menſor falſum modum* conſulendi Agrimenſores, qvibus credendum, ſi jurantes, partibus citatis & præſentibus, cum ipſis eant ad bona, ut, patefacta veritate, litigium terminetur *l. 3. C. finium regund.* qvæ deſignatio plenam facit fidem, cum interſit noſtra, ne fallamur in modi menſuræq; renunciatione *l. 1. D. ſi menſor. falſ.* & minima qvoq; ſunt menſuranda; hinc ſalicta, unaqvalibet ſalice pro dimidio floreno computatâ, æſtimantur, cum ſalices qvovis triennio decapitatæ fructus tanti valoris ferant; *Berlich. p. 1. concl. 83. n. 93.* Qvem & de effectu æſtimationis *n. 95.* conſule.

§. 15. Syllabum hîc ſubjicere animus eſt privilegiatorum qvorundam bonorum, in qvæ interdum, neceſſitate ſvadente, executio dirigitur, ut *in bona Uſufructuarii*, non obſtante exceptione dominii ipſius proprietarii *l. 60.*

§. 1. *D. usufr. Dn. Carpz. p.* 1 *C.* 32. *def.* 21. *In bona Ecclesiæ*, qvæ olim Creditori pignori nexa jam dedicata Ecclesiæ *c.* 4. *X. de condit: appos.* & *l.* 12. *C. de Episc.* & *Cler. In bona Feudalia*, non tantùm respectu fructuum & commoditatum, sed & qvoad ipsam feudi substantiam & utile dominium, cum pignus judiciale consecutus Creditor & alienare, vel emtore non existente, dominium ipse per addictionem impetrare possit, ubi certè in dominium ipsum fit executio; siq; solis fructibus contentus esse deberet Creditor, aliud pro alio invitus recipere teneretur contra *l.* 2. *D. de R. C.* qvod cum Jure Feudali correctum non reperiatur, standum juri Civili; *V. Hartm. Pistor. p.* 1. *q.* 15. *à n.* 71. N. G. *O. t.* 40. *in pr. ibi*, So hat es hierumb eine andere Gelegenheit; *Dn. Carpz. P.* 1. *C.* 32. *def.* 25. *In bona* Uxoris ratione fructuum ex dotalibus & paraphernalibus resultantium, cum fructus J. Sax. pleno jure ad maritum pertineant; *Dn. Carpz. d. l. def.* 20. *in f. Berlich. p.* 1. *concl.* 80. *n.* 36. *In Salaria* & *Stipendia Professorum* & *Advocatorum l.* 4. *C. de exec. rei judic. Dn. Carpz. P.* I. *c.* 29. *def.* 32. Et in alia plura, de qvibus Practicorum scrinia consulenda. In faciendi obligationibus, cum factum non est, condemnatio fiat in id qvod interest; *v. Hilliger. ad D. E. lib.* 27. *c.* 20. *in pr.* Itemq; sententia de non faciendo concipitur, ubi victo perpetuum silentium imponendum, & simul ad cautionem se sententiæ non contraventurum, adigendus est, si scil. in ipso præcepto nihil etiam restituendum, ubi enim qvid restituendum, cautione opus non est; *Umm. Disp.* 23. *th.* 4. *n.* 23. *sub fin.*

§. 16. Sicut qvilibet actione suâ solidum, qvod debetur, persеqvitur, idq; in condemnationem deducitur, sic & in solidum executio fieri debet, ita, ut in puncto juris ne qvidem vestis & indusium relinqvendum sit,

Dn.

Dn. Carpz. in Asylo debit. pos. 43. *n.* 162. *in adminic.* 4*to.* adeò ut si condemnatus solvendo non sit, carceri mancipetur, tamdiu ibi commoraturus, donec ære alieno sese liberare qveat; qvi Carcer & Jure Sax. obtinet, *p.* 2. *C.* 22. Ad qvam tamen pœnam accelerandum Creditoribus non est, nisi debitum sit liqvidum *d. const.* §. oder in andere wege schuldig worden. nec Creditores ipsi conjiciant in carcerem. N. G. *O. t.* 52. §. so ordnen wir / *ibi*, bey den Gerichten/ darunter der Debitor gesessen oder anzutreffen / bonaq; sint excussa, *d. constit. ibi*, nach ergangener Hülff *Execution*, und *Excussion*; debitorq; suâ culpâ facultatibus sit lapsus; Torgau. Ausschreiben *de anno* 1583. *tit.* von denen / welche mehr auffborgen; N. G. *O. t.* 52. neq; ipsis condonarunt Creditores per conventionem; *d. const.* und er möchte bey seinen Gläubigern; *Dn. Carpz. p.* 2. *C.* 22. Humanitatis verò causâ qvibusdam tributum est, ne in solidum conveniantur, condemnentur, aut in ipsos fiat executio: Qvi vel sunt, sangvine juncti, ut parentes & liberi *l.* 13. *D. sol. matrim.* aut juncti per matrimonium, ut maritus §. 32. *J. de action.* ejus pater. *l.* 15. §. *f. l.* 16. *D. sol. matrim.* & heredes mariti *l.* 18. *D. d. t.* uxor. *l.* 20. *in f. D. de re judicatâ* cum & ob communionem vitæ conjugalis societatem hoc tribuatur *l.* 17. §. 1. *D. sol. matr.* pater uxoris, constante matrimonio *l.* 22. *D. de re judic.* aut qvasi juncti ut socii *l.* 63. *pr. D. pro socio*; aut bene meriti de nobis, ut patronus & patrona; eorumq; liberi & parentes *l.* 17. *D. de re judic.* donator, si ex liberalitate nondum traditâ conveniatur *l.* 41. §. *f. D. de re judic.* aut de Rep. benè meriti, ut milites, Nobiles, Doctores & Studiosi; *l.* 18. *D de re judic.* 2. *F.* 26. §. 23. *l.* 14. *C. advoc. divers. judic.* ne ob favorem ordinis duritiei rigidæ fœneratorum denudandi exponantur; *Excell. D. Svev. Velit.* 16. *th. f. l. c. & Disp.*

de

O. t.39. §. nemlich wann ein Vrthel; in actione reali condemnatus intra 14. dies restituere debet, aut post ipsi per executionem aufertur res & victori traditur: personaliter verò condemnato ad solvendum vel executionem seu immissionem subeundum terminus Sax. præfigitur; *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 3. & 4.* Spatia illa & arctari & prorogari possunt à Judice Ordinario & Delegato, & omni, qvi Jurisdictionem habet, & exeqvi sententiam potest, modò non temerè, sed ex justâ causâ, ut si victus indignus dilatione, aut præstandæ rei facultatem habeat *l. 31. D. de re judic.* aut mora in periculo *l. 2. D. d. t.* aut causa cum utilitate publicâ juncta sit *d. l. 2. & l. 1. D. sol. matrim.* judicati tempus mutetur: Et indubiè illi termini in favorem debitorum sunt inducti, qvibus renunciare poterunt *c. 15. X. de sent. & re judic.* hinc & consentiente debitore Termini Executionis, Immissionis & Taxationis contrahi possunt, *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 6.* & pro uno tantùm termino expensæ solvendæ *def. 7.* qvamvis debitor, durante executionis Processu, ad interusurium obstrictus sit, *def. 31.*

§. 6. Pro Executione jure prodita est actio Judicati & imploratio officii Judicis. Res judicata igitur parit etiam actionem, qvo sententiæ omnimodo satisfiat *Wesenb. π. D. de re judic. n. 8.* Condemnatur enim, ut pecuniam solvat is, nisi judicatum fecerit, cujus de eâ re notio est, judicium dabit. Hæc verò ex qvasi contractu nascitur, cum consensui litigatorum in rem judicatam judicium accipiendo eam vim lex tribuat, ut actionem pariat; litem enim contestans in eo consentire videtur, qvod judicio contendere, qvàm solvere mavult; *Bachov. Miscell. Disp. c. 2. p. 17.* Qvæq; datur ei secundum qvem judicatum est à qvocunq; Judice, & in ipsius, sicut & condemnati heredes

des transitoria est; petendumq; in eâ ab adversario id, qvod judicatum fuit. Verum enim hæc ita introducta incommodat potiùs qvàm prodest, cum judiciariam solennitatem prolixiore temporis tractu exigat, qvàm simplex executio, dum idem, qvod priore, hac iterum petatur actione: deinde cum obligationem ex obligatione & sic litem ex lite duplicet, *contra l. 4. §. 3. ait prætor. D. de re judic. l. 3. C. de fruct. & litium expens.* Sed optimè hæc introducta, cum ea officio Judicis latior pateat, in eam enim & damna veniunt, moraq; cõmissa æstimatur, unde ob moram usuras petere licet centesimas post tempus judicatis datum currentes *l. fin. C. de usur. rei judic.* [dicuntur ita, qvia centesimo mense sortem æqvant, cum singulis mensibus de centenis aureis unus solvatur] proinde & novâ adjudicatione opus: nec ita lis vitio legis crescit, sed ob contumaciam non obtemperantis sententiæ: qvin & in ipsâ executione adhuc exceptiones opponi possunt, qvas per sententiam tollere neqvit Judex: *V. Oldendorp. cl. 1. act. 12. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 23. th. 5. lit. f. & g.* Addunt Dd. ulteriùs, qvod hæc actio qvodammodo paratam habeat executionem, cum in eâ nihil qværatur, nisi an judicatum sit, nec ne *l. 56. D. de re judic. & l. 40. D. minor. ibiq; Godofr. lit. 1.* Hincq; *Gail. l. 1. Obs. 113. n. 11.* ait, in executionis processu nullo opus esse libello, ne aliàs post sententiam definitivam in actione judicati alia ferenda esset sententia, & processus hydræ capita repræsentaret. Qvod cum ita sit, nihil intererit sive contra executandum agatur actione sive officio Judicis, & etjamsi ad hoc victor confugerit, usuræ tamen centesimæ in restitutionem venient, *Ummius D. 23. ad Process. th. 3. n. 19.* [Sunt tamen casus, ubi, si agatur hoc modo, opus est Citatione, *V. Marant. in Spec. de Exec. à n. 16.*] Illud

verò Judicis officium mercenarium non est, qvod actioni propositæ unicè inservit in his, qvæ ante litem contestatam in prosеqvendâ atq; terminanda lite emergunt, circa fructus & interesse & usuras &c. Sed Nobile, ubi Judex nullâ obligatione prævià, solà Juris autoritate, vel ob æqvitatem, aut motu proprio (ut in criminalibus *l.* 13. *D. de officio præsidis*) vel ad postulationem alterius in integrum restitutionem concedit, tutores dat & decreta interponit; atq; hoc nullum processum solennem desiderat; sed Judex de executione imploratus à præcepto incipere potest, qvod & magis proficuum Victori, *Marant. de exec. n.* 8. Qvanqvam & ubi per officium Judicis executio sententiæ fit, condemnatus ad exceptiones admittendus est, qvotqvot ei post pronunciationem prioris Judicis competere cæperunt, e.gr. pacti de non petendo &c. *Oldend. d. l. cl.* 1. *act.* 12. licet enim sine ullâ cognitione sententia facienda sit, id tamen tantùm verum qvoad priorem litem, non verò qvoad summariam cognitionem denuò emergentium, *id. ibid.*

§. 7. Executio non debet fieri à parte victrice, sed à Judice, qvi dat executoriales vel præcepta executiva; illæ decernuntur, qvoties executio immediatè ad Cameram spectat, si pronunciatum in causâ Appellationis, benè judicatum, & malè appellatum; *Ordin. Cam. p.* 3. *t.* 50. *Felin. in c. pastor. n.* 14. *X. de offic. Judic. deleg.* Hæc vero, cum executio ad Judicem à qvo spectat, ubi Appellationis Judex pronunciavit, Appellationem esse desertam, vel vigore privilegii, aut aliâ ex causâ devolutam, *Gail. lib.* 1. *Obs.* 113. *à n.* 13. *Berlich. P.* 1. *Concl.* 79. *n.* 14. *Coler. de P. E. p.* 3. *c.* 8. *n.* 12. & 28. ubi habet formulas. A qvo verò, si judex à qvo vel differat, vel deneget executionem, siq; pendente lite executandus forum mutavit, executio

fiat,

hat, vide *Berlich. d. l. à n. 11. & Gail. d. l.* R. G. *O. t. 39. in pr. ibi*, daß ein jeder / dem solche.

§. 8 Licet reus condemnatus sit ad reddendum, qvod debetur, & ad rem victori restituendam; non tamen victor rem adjudicatam vel aliud ejus nomine, qvod petebatur, invadendo occupandoq; sibi licentiam sumat, alias jus suum perdit *l. 7. C. unde vi*, nisi ipsi potestas exeqvendi per judicem facta sit; qvanqvam nec hic, præbitâ licentia, invadendũ sit, si victus præsertim resistat, *Coler. de P.E. in præf. n. 13.* [Sunt tamen casus, ubi & proprio ausu occupare licet; ut habens civilem possessionem propriâ autoritate occupare naturalẽ vacantẽ potest *arg. l. 2. C. de A. & R. P.*] & si ab initio conventio inter partes sit inita, vel statuto loci introductum, qvod liceat Creditori privatâ autoritate facere executionem, dicunt tamen, tutiùs esse, & hîc reqviri Judicis licentiam, *Coler. de P.E. p. 2. c. 1. n. 5.* ut sc. petatur, per Judicis ministros executionem expediri; qvi executores tamen ante omnia docere debent de mandato Judicis, ostendendo ejus literas vel commissionem, aliàs ipsis impunè resistitur *l. prohibitum 5. C. de Jure Fisci l. f. C. de bonis vacant. Marant. de ord. judic. p. 6. tit. de Citat. n. 78.*

§. 9. Suprà tactum, qvod si per sententiam certa species vel corpus evictum, id qvoq; victori præstandum: aliter vero res se habet, si ad debiti vel æstimationis vel interesse solutionem reus condemnatus est; nam hic impetratis executorialibus aut præcepto executivo, ad ordinem exeqvendi pervenitur; Qvi sese offert *vel in Mobilibus, vel immobilibus vel Nominibus l. 15. D. de re judic.* Et qvidem primò res in causâ judicati pignori capiuntur *l. 2. C. si in caus. judic. pign. captum sit:* Qvarum initium capimus à rebus mobilibus *l. 15. §. 2. D. de re judic.* nec sisti

poteſt executio, ſi pro mobili immobilem rem obtrudere vellet debitor invito creditori, cum hic captionis pignorum ordo favorem Creditoris potisſimum reſpiciat. Mobilia tamen ipsa à ſe invicem diſcriminanda ſunt; à vilioribus enim incipiendum, ſi celerem patiantur executionem, *arg. d. l. 15. §. 4. ibi, ſed illud debet dici*, R. G. *O. t. 39.* §. Und do ein Urthel/ *ibi*, die Beſcheidenheit gebrauchen. *&* §. man ſoll aber auch/ *&c.* [Quod procedere dicunt, ita volente Creditore & extra concurſum] Capienda primo pecunia præſens *d. l. 15. §. 7. verſ. oportet enim D. de re judic.* [*Quod J. Sax. p.* 1. *Conſt. 32.* extenditur ad pecuniam diſtinctis temporibus exolvendam, *vide ibi Moller. Berlich. P. 1. concluſ. 84. n. 18.*] *Papienſ. in form. ſent. diffin. n. 22. p. 208.* cumq; per nummum aliæ res æſtimentur, fruſtrà pignorantur alia mobilia pro evitando circuitu, ne illa deinceps denuò taxari & æſtimari, vel aliter in pecuniam redigi oporteat, *dicit Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n.* 26. imò & pecuniâ in arcâ reclusâ judicato ſatisfieri debet *d. l. 15. §. f.* Deinde procedendum ad rem mediocriter pretioſam; pòſt aliā pretioſam ſupellectilē, & tandem in ſubſidiū [de qvo & infrà] mobiliū, immobiliū juriumq; ad lectos, veſtes, inſtrumēta, vaccas, oves, eqvos aratorios & frumentū agris ſeminandis deſtinatū *arg. l. 7. executores & Auth. Agricul. C. Quæ res pignori oblig. poſſ. Marant. in Spec. p.* 6. *de exec. n. 31.* R. G. *O. t. 39.* §. anfänglich zu W: Siq; debitor qvædam pretioſa occultat, ea ipſe ſuiq; manifeſtare neceſſe habent, etiam mediante juramento, aut, cæteris paribus, à captura debitoris inchoari poteſt, *Maranta d. l. n. 27.* ſi ſcil. res ſoli non adſint; *Coler. de P. E. P. 3. c. 9. n.* 46. & ſi debitor, ne ad immobilia perveniatur, pretioſa ſua vilisſimis aliorum permutet, tunc Creditori cavent Practici, ut exoret Judicem, qvo ea venum det,

plusq;

plusq; offerenti dentur, & ipsi pretium solvatur, *Papiens. in For. exec. sen.. n. 23. p. 208. Coler. de P. E. p. 3. cap. 9. n. 47.*

§. 10. Si mobilia deficiant (qvod patet, si terminus ad exhibitionem mobilium debitori sit præterlapsus) aut debito non sufficiant, ad immobilia transeundum est, *in d. l. 15. §. 2. ibi, si non suffecerint.* N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun so viel *ibi* alsdenn erst zu den liegenden Gütern und andern / so denen / dem Rechte und Gewonheit nach / vergleichen / *&c.* [ut sunt annuæ præstationes perpetuæ, jus venandi, piscandi, Jurisdictio &c. resq; omnes, ex qvibus fructus percipiuntur.] Hic etiam à vilioribus & debitori minus damnosis incipiendum. N. G. *O. d. t. 39.* §. und do ein Vrtheil *ibi* vermöge der beschriebenen Rechte; cumq; per hanc bonorum capionem inducatur pignus judiciale, qvod conventionali consonum *l. 3. C. Qvi potior. in pign.* in pignore verò conventionali ob dubium alienandi & distrahendi eventum, majus pignus sumere liceat, id qvoq; hic obtinebit, ut pro judicato aliqvando pingvior res nexui accipi possit; qvod confirmavit *Serenis. Elector. Saxon.* in der N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun / *ibi* Jedoch weil durch solche *&c. Berlich. p. 1. concl. 87. n.* 110. Executio etiam fieri potest in silvas cæduas (non cæduas enim, ut glandaria & lucos excipimus, *arg. l. 9. D. usufr.*) ita tamen, ne per eam devastentur N. G. *O. t. 39.* §. im fall nun *ibi* und soll in den Hülffen sonderlich *&c.* aliàs executori, coadunatis hominibus resisti impunè potest, *Menoch. l. 2. arbitr. judic. qvæst. cent. 4. cas. 378 incip. agricultura n. 9:* Sicut & mandata inhibitoria sine clausula contra hujusmodi silvarum devastatores decerni solent, *Gail. 2. Obs. 67. n. 8.* inq; tributaria rustica prædia executio fieri potest, si tamen eorundem divisio evite-

evitetur N. G. *O. d. t. ibi*, oder die Bauergüthere / davon Dienste/Fröhne / Zinsen und anders zuentrichten/ getrennet *&c. Dn. Carpz. P.* 1. *C.* 32. *def.* 11. *Berlich. p.* 1. *concl.* 81. Id non celandum, qvod immobilium evitari possit executio, si nomina liqvida debitori adsint, & sine expensis facilè & figurâ Judicii exigi possint, qvod privilegii instar indultum debitori N. G. *O. d. t.* §. entlich wenn / *ibi*, es wolte denn der Schuldener *&c.* Contrà, in nomina, licet liqvida, executio non datur, si res certa Creditori pignori nexa, aut in judicato expressa sit; jus enim alicui semel qvæsitum sine facto seu consensu ipsius ipsi auferri neqvit *l.* 11. *D. de R. J.* N. G. *O. d. t.* §. und diese bißhero/ *ibi*, wann / wie obenbemeldt / das Urtheil nicht *&c.* Qvod verum esse videtur, si extra concursum versemur, & aliàs Creditor pignoratitiam intentet *d. t.* §. *seq. in. f. Dn. Carpz. p.* 1. *c.* 32. *d.* 12.

§. 11. Cum & immobilia deficiunt, ad jura & nomina, si nõ ea inficientur ii, qvi debitori obnoxii sunt *l.* 3. *C. qvando fiscus vel privatus &c.* transeundum; *d. l.* 15. §. 2. *ibi*, *qvod si nec qvæ soli sunt*, N. G. *O. d. t.* §. endlichen wenn die liegenden Gütere nicht zureichen *&c.* [ubi hoc subnectitur qvoq;: Deßgleichen wenn wieder Unmündige verholffen würde / soll die Hülffe erstlich zu den Schulden uff Gefahr und Kosten des *Debitoris* ergehen *&c.* qvod desumtum ex *l. magis puto* 5. §. 9. *non passim. D. de reb. eor. qui sub tut. Coler. de P. E. p.* 3. *c.* 9. *n.* 32. modò ejusmodi pupillaria nomina ante primum actum executionis Creditori offerantur *Berlich. P.* 1. *concl.* 81. *n.* 236.] Inter pignorum verò captiones hîc primus locus debetur instrumentis obligatoriis, qvibus captis, omne, qvod ibi continetur, intelligendum, *arg. l.* 1. *C. de donat.* deinde denunciandum debitoris debitori agnoscẽti debitũ *d. l.* 3. *C. qvando fisc. vel privat.*

privat. & d. l. 15. §. 9. D. de re judicatâ ne suo Creditori solvat, sed cui creditor hic condẽnatus est *l. 4. C. quæ res pign. oblig. & l. 1. C. de condict. ex lege.* aut pecunias penes Judicem deponat, aut judex ipsum ad se vocet, qvem qvoq; confitentẽ assignabit pignori Creditori & ad solvẽdum per juris remedia compellet; *Papiens. in formâ exec. sent. diffin. n. 24.* Cui inficianti, modò præsumtio contra ipsum sit, juramentum imponi potest, ut patefaciat debitum *arg. l. 9. negantes. C. de O. & A. Umm. Disp. Fin. ad Process. th. 4. n. 22. Berlich. P. 1. concl. 81.* Et ita executio expeditur, pro qva certæ expensæ, Hülffs-Gelder/ exolvendæ, qvæ arbitrariæ sunt, & in ipso executionis actu solvi debent, nec etiam pro liqvidissimo debito executio conceditur, nisi illis priùs exolutis, *Moller. in Semestr. lib. 2. c. 40. n. 8. Dn. Carpz. P. 1. c. 32. def. 32.* nisi Creditor Electoris Saxon. jurisdictioni sit suppositus Churfürstl. Proceß *O. anno 1612. tit.* Justitien-Sachen. *§. 20. sub fin. vers.* auch wann der Gläubiger unser Unterthaner ist. Ordo hactenus explicitus immutari potest, cum sit in favorem Creditoris inductus, qvi beneficium repudiare potest: qvi ita immutatus haut reddit nullam executionem, *Umm. Disp. ad Process. Fin. th. 4. n. 22.* Qvod cum ita sit, auscultandus non erit *Marcellus Cala Tract. de articulandi & probandi modo, Summario Glos. 4. 70.* qvi tum demum hanc executionis præposterationem sustentari vult, si Judici permissum, causas terminare, *solâ facti veritate inspectâ.*

§. 12. Rebus ita captis & occupatis, executionis pars est, ut capta adjudicentur, distrahantur ab ipsis executoribus *l. 2. C. si in causâ judic.* exq; pretio victori pecunia debita solvatur; *d. l. 15. §. 2. ibi, mox distrahi:* proceditq; distractio, si intra duos menses non solvatur *l. 31. in f. D.*

de rejudic. post qvorum fluxum pignus subhastandum est *l.3. C. de exec. rei judic.* pluribusq; licitantibus addicendum. De qvibus prolixior esse nolo. Mobilia pignori capta, si apud debitorem parata sint, confestim Creditori pro modo qvantitatis debitæ liqvidæ assignantur, inq; solutum traduntur. Jus verò luendi pignora de mobilibus capta universale non est: *Berlich. p.1. concl.81. n.84.* Res mobilis etiam sub hasta vendi potest & plus offerenti tradi N. G. *O. t. 39.* §. und wenn also zur Fahrnüß nam & in mobilibus locum vindicat, *ne aliud pro alio &c. l. 2. §. 1. D. de R. C. Rauchb. p. 1. qvæst. 46. n. 3. Berlich. p. 1. concl. 81. n. 80. Dn. Reinb. Rosa ad Moller. p. 1. C. 32. n. 19. lit. b.* Qvi in contrarium allegat *Coler. p. 3. c. 9. n. 82.* qvi tamen ibi tantùm loqvitur de esculentis & potulentis, qvorum valor cum constet, qvid opus ullâ subhastatione? & in contrarium allegat *Ferrariens. in forma exec. sent. diffin. n. 23.* sed scopus hujus §. *23.* est, obviare dolis occultantium res exeqvendas; deinde qvod dicit, mobilia venalia exponi debere, & plus offerenti dari, concedit mobilium subhastationem; dum enim judex pignora pro judicato capta proponit publicè venalia, hoc vocamus subhastationem, *dicit Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n. 86.* Bona ita mobilia secundum morem taxata si in solutum accipere detrectet Creditor, & ea de unâ qvaterdenâ in aliã trinâ vice subhastata sint, nec inveniant emtorem, tunc Creditor ipsemet licitetur, certum ponendo pretium; eaq; trinâ vice proclamata bona plus offerenti vendantur atq; tradantur; vel, nullo emtore reperto, Creditori pro suo pretio adjudicentur; qvæ ipso nolente in solutum accipere, subhastentur iterum, & nullo alio emtore apparente, Creditori adjudicata perpetuò penes ipsum manebunt N. G. *O. t. 39.* § Findet sich aber nach beschehener Feilbietung §. und.

deme/

deme/ so am meisten §. oder do sich niemands findet; *Berlich. p. 1. concl. 81. à n. 92.*

§. 13. Bona immobilia pignori capta si simpliciter in solutum accipiat Creditor, videtur de toto accepisse debito, cum rescriptum sit, non posse Creditorem, qvod amplius sibi debetur, petere, qvia velut pacto transegisse de credito videtur *l. 15. §. 3. D. de re judic. ubi Godofr. l. g. ait*, beneficium *l. 2. C. de resc. vendit.* locum non habere, qvoties Creditori res adjudicatur: Sed contrà facit, qvòd *d. l. 2.* etiam in transactione locum inveniat, qvia læsio nullis verborum etiam amplissimorum clausulis excluditur, *Heigius p. 2. q. 9. n. 29.* in dicto verò casu transactum censetur *l. 5. C. de dolo malo, Const. Elect. 34. p. 2. ibiq; Dn. Carpz. def. 1.* Porrò res hæ pignoratæ venum exponuntur, plusq; offerenti venduntur, pretiumq; traditur Creditori, aut ipse Creditor, si nullus adsit emtor, instar extranei eas emit, aut absq; ullà æstimatione subhastantur, vel, præcedente Creditoris licitatione, venum exponuntur, vel judicialiter taxantur, & ita taxata proclamantur publicè; N. G. *O. d. t. 39.* §. und weil vermöge desselbē: Qvi ordo inverti non debet, *Dn. Carpz. P. 1. C. 32. def. 37.* Num verò tempore subhastationis præterlapso pænitere liceat? minimè, cum res ampliùs non sit integra, videaturq; inter proclamantem seu vendentem & licitantem seu emtorem oborta obligatio, qvæ jam necessitatis est *l. 5. C. de O. & A.* etiamsi subsecuta sit altera subhastatio *arg. l. 2. D. de in diem addict. Damboud. de Subhast. c. 5. n. 11. Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 45.* qvo spatio qvoq; elapso periculum rei subhastatæ ad licitatorem pertinet, licet nec dū adjudicatio sit secuta, licitator enim est instar emtoris; ad hunc verò, sicut ante traditionem periculum rei pertinet, cum perfectâ emtione statim jus habeat do-

minii, ac proinde habetur, ac si jam esset dominus, cum non nisi per ipsum stet, qvò minùs dominium conseqvatur, *A. Faber. in Codic. lib. 4. t. 40. def. 8. n. 9.* sic etiam ante adjudicationem damnum ad licitantem spectabit; *Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 48.* Hincq; hoc pullulat, qvod & ante judicialem adjudicationem licitator fundum subhastatum possidens ab onere Tributorum & collectarum immunis non sit; hæc enim onera ipsa prædia afficiunt *l. 7. D. de public. & vectig.* cumq; ex ipso fructus in possessorem redundet, utiq; & onus sentire debet respectu rei *l. 13. in f. D. de impens. in res. dot. l. 13. C. de act. emti. Dn. Carpz. def. 50. d.* Nunc dicendum esset de subhastatione Actionum, sed ea nulla est; hinc & in *l. 15. §. 2. D. de re judic.* distractio de rebus mobilibus & soli tantùm dicitur, cum illa nomina suum statim certum pretium habeant.

§. 14. Commodum jam esse videbatur de bonorum taxatione & æstimatione pauca addere. Primò memoriâ dignum, qvod in taxandis allodiis sint ordinati tantùm Scabini Provinciales, qvi res pignori nexas vel præsenti pecuniâ, vel distinctis temporibus solvendâ æstimare debent, *P. 1. Const. 32.* §. Würde sich aber der Schuldener; Torgau. Ausschreiben *tit.* von Feilbieten §. do aber der Gläubiger. N. G. *O. t. 39.* §. würde aber der Gläubiger/ *ibi*, durch die Land-Schöppen umb baar Geld/ und auff Tag-Zeiten würden zulassen [de Feudalium bonorum æstimatione aliter ap. *Berlich. p. 1. concl. 83. n. 6.*] & qvidem interposito, si de novo ordinantur, *Moller. ad Const. P. 1. C. 32. n. 15.* juramento credulitatis æstimant *l. 6. §. 1. vers. mobilium verò C. de secund. nupt.* qvi, rebus priùs inspectis, mobiles æstimabunt, qvod facillimè expedire possunt, ponderaturi tamẽ & loci, & regionis qvalitatem, communemq; usum, adhibituriq; artifices rei

æsti-

æſtimandæ. In æſtimandis immobilibus, ſi nullum vel à lege vel ſtatuto, vel Principe aut Rep, certum ſit præfinitum pretium, commodior æſtimandi non eſt ſubhaſtatio, qvàm ut per licitationes rerum pretia explorentur, aut ipſe Judex ſeſe de valore rei per Juſtitiæ Conſultos informet, aut peritos in arte conſulat, aut locorum conſvetudinibus ſtet, giebt acht auff die gemeine Landes-Anſchläge/ ſc. in fructibus, & reditibus annuis; vel horum pretium, ponderatis omnibus, ſtatuant æſtimatores; qvi & per teſtium depoſitiones rei pretia expiſcari poſſunt, *Maſcard. de Probatio. Vol. 2. concl. 657. n. 1. & ſeqq. & concl. 659. 661. per tot. & Vol. 3. concl. 1404. n. 1. & ſeqq.* Statuuntq; Qvidam, qvod pretia rerum probari poſſint per librum communis æſtimi vel cataſtri; *vide tamen Coler. de P. E. p. 3. c. 9. n. 169. verſ. ſubdubito tamen.* Poſſunt & ad exemplum aliarum venditionum res æſtimari. Siq; de finibus contentio ſit, & emtor vel venditor ſcire velit, qvanti ager veneat *l. 1. D. ſi menſor falſum modum.* conſulendi Agrimenſores, qvibus credendum, ſi jurantes, partibus citatis & præſentibus, cum ipſis eant ad bona, ut, patefactâ veritate, litigium terminetur *l. 3. C. finium regund.* qvæ deſignatio plenam facit fidem, cum interſit noſtrâ, ne fallamur in modi menſuræq; renunciatione *l. 1. D. ſi menſor. falſ.* & minima qvoq; ſunt menſuranda; hinc ſalicta, unaqvalibet ſalice pro dimidio floreno computatâ, æſtimantur, cum ſalices qvovis triennio decapitatæ fructus tanti valoris ferant; *Berlich. p. 1. concl. 83. n. 93.* Qvem & de effectu æſtimationis *n. 95.* conſule.

§. 15. Syllabum hîc ſubjicere animus eſt privilegiatorum qvorundam bonorum, in qvæ interdum, necesſitate ſvadente, executio dirigitur, ut *in bona Uſufructuarii*, non obſtante exceptione dominii ipſius proprietarii *l. 60.*

§. 1. *D. usufr. Dn. Carpz. p. 1. C. 32. def. 21. In bona Ecclesiæ*, qvæ olim Creditori pignori nexa jam dedicata Ecclesiæ *c. 4. X. de condit: appos. & l. 12. C. de Episc. & Cler. In bona Feudalia*, non tantùm respectu fructuum & commoditatum, sed & qvoad ipsam feudi substantiam & utile dominium, cum pignus judiciale consecutus Creditor & alienare, vel emtore non existente, dominium ipse per addictionem impetrare possit; ubi certè in dominium ipsum fit executio; siq; solis fructibus contentus esse deberet Creditor, aliud pro alio invitus recipere teneretur contra *l. 2. D. de R. C.* qvod cum Jure-Feudali correctum non reperiatur, standum juri Civili; *V. Hartm. Pistor. p. 1. q. 15. â n. 71.* N. G. *O. t. 40. in pr. ibi*, So hat es hierumb eine andere Gelegenheit; *Dn. Carpz. P. 1. C. 32. def. 25. In bona Uxoris* ratione fructuum ex dotalibus & paraphernalibus resultantium, cum fructus J. Sax. pleno jure ad maritum pertineant; *Dn. Carpz. d. l. def. 20. in f. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 36. In Salaria & Stipendia Professorum & Advocatorum l. 4. C. de exec. rei judic. Dn. Carpz. P. 1. c. 29. def. 32.* Et in alia plura, de qvibus Practicorum scrinia consulenda. In faciendi obligationibus, cum factum non est, condemnatio fiat in id qvod interest; *v. Hilliger. ad D. E. lib. 27. c. 20. in pr.* Itemq; sententia de non faciendo concipitur, ubi victo perpetuum silentium imponendum, & simul ad cautionem se sententiæ non contraventurum, adigendus est, si scil. in ipso præcepto nihil etiam restituendum, ubi enim qvid restituendum, cautione opus non est; *Umm. Disp. 23. th. 4. n. 23. sub fin.*

§. 16. Sicut qvilibet actione suâ solidum, qvod debetur, perseqvitur, idq; in condemnationem deducitur, sic & in solidum executio fieri debet, ita, ut in puncto juris ne qvidem vestis & indusium relinqvendum sit,

Dn.



Dn. Carpz. in Asylo deb. t. pos. 43. *n.* 162. *in adminic.* 4*to.* adeò ut si condemnatus solvendo non sit, carceri mancipetur, tamdiu ibi commoraturus, donec ære alieno sese liberare qveat; qvi Carcer & Jure Sax. obtinet, *p.* 2. *C.* 22. Ad qvam tamen pœnam accelerandum Creditoribus non est, nisi debitum sit liqvidum *d. const.* §. oder in andere wege schuldig worden. nec Creditores ipsi conjiciant in carcerem. N. G. *O. t.* 52. §. so ordnen wir / *ibi*, bey den Gerichten/darunter der Debitor gesessen oder anzutreffen / bonaq; sint excussa, *d. constit. ibi*, nach ergangener Hülff / *Execution*, und *Excussion*; debitorq; suâ culpâ facultatibus sit lapsus; Torgau. Ausschreiben *de anno* 1583. *tit.* von denen / welche mehr auffborgen; N. G. *O. t.* 52. neq; ipsis condonarunt Creditores per conventionem; *d. const.* und er möchte bey seinen Gläubigern; *Dn. Carpz. p.* 2. *C.* 22. Humanitatis verò causâ qvibusdam tributum est, ne in solidum conveniantur, condemnentur, aut in ipsos fiat executio: Qvi vel sunt, sangvine juncti, ut parentes & liberi *l.* 13. *D. sol. matrim.* aut juncti per matrimonium, ut maritus §. 32. *J. de action.* ejus pater. *l.* 15. §. *f. l.* 16. *D. sol. matrim.* & heredes mariti *l.* 18. *D. d. t.* uxor. *l.* 20. *in f. D. de re judicatâ* cum & ob communem vitæ conjugalis societatem hoc tribuatur *l.* 17. §. 1. *D. sol. matr.* pater uxoris, constante matrimonio *l* 22. *D. de re judic.* aut qvasi juncti ut socii *l.* 63. *pr. D. pro socio*; aut bene meriti de nobis, ut patronus & patrona; eorumq; liberi & parentes *l.* 17. *D. de re judic.* donator, si ex liberalitate nondum tradita conveniatur *l.* 41. §. *f. D. de re judic.* aut de Rep. benè meriti, ut milites, Nobiles, Doctores & Studiosi; *l.* 18. *D de re judic.* 2. *F.* 26. §. 23. *l.* 14. *C. advoc. divers. judic.* ne ob favorem ordinis duritiei rigidæ fæneratorum denudandi exponantur; *Excell. D. Svev. Velit.* 16. *th. f. l. c.* & *Disp.*

de

de Jure Singulari c,14. n. 9. Everb. in Top. loc. à mil. arm. mil. n.2. Fomann. Disp. ad J.31. th.7. l. c. Hilliger. ad D.E. lib.27. c. 9. in suis notis lit. m. Coler. de P.E.p.2. c.3. n.114. & p.1. c.6. n.129. Daturq; pietatis causâ iis, qvi non malo more sua amiserunt; de qvo mox. Natura hujus beneficii posita in eo, ne qvis ultra id, qvod facere potest, teneatur, i. e. ratio personarum habenda est, ne egeant *l. 19. in f. D. de re judic. l. 173. in pr. D. de R. J. l. 28. D. sol. matrim.* neq; in aestimatione ejus, qvod facere qvis potest, priùs aes alienum deducendum *l. 16. l. 19. §.1. l. 49. D. re judic. l. 54. D. soluto matrim.* excepto donatore, *in dd. ll.* ne illiberaliter agatur cum eo, qvi verè liberalis fuit, nec nociva ipsi esse debet benignitas, si, incipiente agere donatario, ipsi priùs sit satisfaciendum, qvàm veris Creditoribus, cum non sit verus Creditor: *Hilliger. ad D. E. lib. 27. cap. 9. in Not. sub n. Umm. ad Process. Disp. 23. th. 5. n. 27.*

§.17. Paulò antè dictum, qvod competentiae beneficium indulgeatur etiam pietatis intuitu iis, qvi non facto suo bona dilapidarunt, si scil. bonis cesserint, [non qvi cedant, his enim nihil in bonis relinqvitur; *Hilliger. ad D. E. l. 27. c. 9. lit. p.*] *§. f. J. de Act. l. 4. D. de cess. bonorum.* Haec cessio, licet pluribus in locis ignominiosa satis sit, [sicut in Franciâ in judicio, aperto capite, abjectâ Zonâ, cedere coguntur; in locis Italiae in loco publico obaerati nudi ter ad lapidem vel columnam nates percutiunt, clamando, Cedimus bonis; Patavii vituperii lapidi, posteriora denudati, insident &c: qvod fortè ob bonorum decoctores inductum] turpis tamẽ censenda non est, sed beneficii instar tributa reis, qvi citra culpam suis lapsi sunt facultatibus, nec eam vel à Papa vel Principe tolli posse, ajunt Qvidam. Cedens verò suâ voluntate profiteri necesse habet *l. 6. C. qvi bonis ced.* omnia sua bona

na cum omnibus commoditatibus, ita ut nonnullibi receptum sit, cessurum, bona omnia, sub juramento, sub metu carceris vel torturæ patefacere debere; qvi ita cedens effugit carcerem *l. 1. C. d. t. ibiq; Wesenb. n. 6.* Si verò ipsi pòst pingvius qvid accesserit, hoc iterum usq; ad modum debiti à Creditoribus legitimo modo peti potest *l. 7. C. d. t.* creditoriq; per cessionem satisfactum est, non tamen ut ipsi suà auctoritate dividere bona cessa & jure dominii retinere, sed venditionis remedio, qvatenus substantia patitur, indemnitati suæ consulere permissum sit *l. 4. C. Qvi bon. ced. poss.* insteta; Creditor bonis Curatorem constitui, qvi de distractis ipsi satisfaciat. De J. Sax. cessio hæc abrogata videtur *per d. C. 22. p. 2. ibi*, und es soll ihn davon keine Abtretung seiner Güter/ *ubi Moller. & Dn. Rusa in audit. l. a.* sed dicta cõstitutio loqvitur de debitoribus, qvi mutuũ accipiendo Creditores defraudaturi sunt, ibi, die Leute vorsetzen *&* §. und nach dem wir den Glaubigern; hinc & axioma, qvod à nullo legislatore cessio tolli possit, *Dn. Carpz. p. 2. C. 22. def. 12.* explicat, qvod sit tantummodò verum qvoad debitores, qvi absq; suâ culpâ fortunæ vitio in paupertatem inciderunt. Decoctores tamen etiam hoc beneficio gaudere & carcerem declinare possunt, si Creditores consentiant in cessionem *d. const. 22. def. 13. & Idem in Asylo §. 43. sub fin.* Incarceratio verò illa jus pignoris vel prioritatis in Concursu Creditorum non tribuit, res enim, nisi conventum sit, obligata esse neqvit *l. 3. D. Qvæ res pign. oblig.* Lexq; certis tantùm ex causis concedit jus pignoris tacitum, inter qvas incarceratio haut recensetur; cumq; ipsa cessio aliqvod jus tribuere non possit, privilegia enim non tempore æstimantur, sed ex causà, *arg. l. 32. D. de reb. aut. judic. possid.* multò minùs id efficiet carcer, qvi personam tantùm af-

 ficit;

ficit, *Dn. Carpz. p. 1. c. 22. def. 24.* Juris etiam eſt, qvod qvinqvennale ſpatium [qvod ſtrictè obſervandum, R. A. zu Augſpurg *de anno* 1548. Von verdorbenen Kauffleuten] debitoribus indulgere Creditores qveant, qvorumq; amplior pars obtinet, ita ut, qvod pluribus placet, hoc ſtatuatur *l. fin. C. Qui bon. ced poſſ.* in tantum, ut morâ hac durante, debitori moleſti eſſe neqveant nec hypothecarii nec areſtantes; videtur enim hoc ſolvendi ſpacium bona ipſa afficere, jusq; per areſtum qvæſitum auferri neqvit; & ſicut Princeps inducias concedens præjudicium aliqvod temporarium creat Creditoribus; ſic & ampliori parti Creditorum, moras debitoribus indulgentium, permiſſum, ceteris Creditoribus invitis incommodare, *Dn. Carpz. p. 2. c. 22. def. 29.*

§. 18. Rem remedio executionis protractam verè conſeqvatur Creditor neceſſe eſt, *l. 2. l. 3. C. de exec. rei judic.* de qvo effectu ſuprà actum vel tactum. Creditor verò per cauſam judicati miſſus in bonorum poſſeſſionem, hanc veram & realem i. e. eam, qvâ qvis bonâ fide, ſed ſine affectione domini poſſidet, *D. Bictius in Comment. l. 3. §. 5. D. de A. vel A. P. memb. 2. qv. 4. n. 2. p. m.* conſeqvitur, cum capioni res judicata proficiat *l. 15. §. 4. verſ. ſic evenit. D. de re judic.* uſucapio vero ſine poſſeſſione non procedit *l. 15. D. de uſurp.* ſed & rerum pignori datarum fructus Creditor ſibi reputat tam in ſortem, qvàm in uſuras, *Auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccleſ.* qvod non fit in miſſione ex primo decreto *c. 1. & 2. X. de eo, qui mitt. in poſſeſſ.* adi *Ferrarienſ. in formâ exec. ſent. diffin. n. 20. ibi, qvartum eſt remedium. Coler. de P. E. p. 1. c. 2. n. 56. p. 3. c. 9. n. 77.* König *in Proceſſ. c. 103. n. 19. 10.*; Mit dieſem Pfande mag ſich zweyerley weiſe gebahren / Erſtlich iſts ein ſolch Ding oder Gut / darzu geholffen wird / davon Jährlich ein

Geneß

Genieß zunehmen/ so magstu es inne haben / und nach Pfandes-Recht geniessen und gebrauchen / so lange biß dir die Früchte die Schuld und Hauptsumma ablegen/ &c. *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 256.*

§. 19. Cum nemo suis defensionibus defraudandus sit, utiq; & condemnatis in ipso executionis actu exceptiones suas opponere indulgendum omninò; qvæ coram competenti Judice tantùm proponendæ esse videbantur, cum à jure absonans, executorem, causâ jam determinatâ, cognoscere, & si contra ea, qvæ pro partibus fuerunt statuta victoris, pronunciavit, sententia ab eo dicta vim rei judicatæ obtinere neqvaqvam potest *l. 6. C. de exec. rei judic.* illeq; hoc tantùm officio fungi videatur, ut rei judicatæ vigorem ad effectum adducat *l. 8. C. d. t.* Qvod ipsum tamen secundum qvid sese ita habet, si scil. exceptiones merita causæ, ut si tertius ad sufflaminandam executionem interveniat, aut condemnatus se à Judice præcipitatum dicat, concernant, tunc enim hoc incidens punctum ad remittentem deferendum, *arg. c. 5. X. de sent. & re judic. ibiq; Felinus n. 2. vers. fallit primò in concernentibus merita.* Si verò cognitio versetur circa res ipsas excutiendas, tunc, qvi rem judicatam exeqvuntur, cognoscent, & si cognoverint, ejus fuisse, qvi condemnatus est, rem judicatam exeqventur, modò hac sententiâ debitori nihil præjudicetur, aliàs enim res dimittenda *l. 15. §. 4. D. de re judic. Mynsing. c. 3. Obs. 69. Gail. 1. Obs. 113. n. 8. Felin. d. l. n. 3. ibi, nam qva ratione cognoscere potest, & vers. considera bene; Berlich. p. 1. concl. 79. n. 44. 45. 57.*

§. 20. Uti verò potest condemnatus Exceptionibus executionis impeditivis, si in continenti sint liqvidabiles; qvod spatium arbitrandum Judici Jure Civili; Saxonico vero dicuntur in continenti liqvidabiles, si plenè

intra terminum executioni præfixum, probentur, Torgau. Außschreiben *de anno* 1583. §. Da aber derjenige einer/ der dergleichen *Exceptiones* fürwendet/ binnen der Zeit/ da ihme die Hülffe angekündiget/ und dieselbe würcklichen ergehen soll. *Coler. de P. E. p.* 4 *c.* 2. *n.* 19. *Zanger. de Except. p.* 3. *c.* 26. *n.* 125. *Dn. Carpz. p.* 1. *c.* 8. *def.* 27. *n.* 8. *Berlich. p.* 1. *concl.* 84. *n.* 85. Ergo qvæ altioris indaginis sunt, hic sibi nullum vindicant locum, exceptiones, *arg. l.* 2. *C. ad L. Cornel. de falsis.* Roßbach *Pr. Civ. t. de Exec. n* 16. *Gilhaus. in arbor. Judic. Civ. cap.* 10. §. 21. *de except. imped. parat. execut. p. m.* 665. In judicio verò hoc sũmario Exceptionũ oppositarum probatio non nisi per instrumenta fieri potest: *P.* 1. *Const.* 8. *ibi* Jedoch daß die selbige *ex confessione partis, productis instrumentis* oder sonst *ex actis Conventionis* dermassen *liquida* und kund sey/ cum probatio per Testes ordinem judiciarium postulet, sicut nec commissio conscientiæ Creditoris hic locum inveniat, cum sit ordinariæ probationis species, qvam executivus Processus respuit, *Rauchb. P.* 1. *qvæst.* 11. *n.* 25. *Dn. Carpz. p.* 1. *c.* 8. *def.* 28. 31. *Berlich. p.* 1. *concl.* 84. *n.* 80. & 84.

§. 21. Harum Exceptionum pauculas delibabis. *Ex Novell.* 72. *c.* 4. planum est, qvod, si tacuerit in initio Creditum suum creditor, & factus fuerit Curator, omni actione adversus minorem cadat, si vera fuerit, *Auth. Minoris debitor. C. Qvi dare tutores.* [de qvo hinc inde tractat Dd. *Dn. Carpz. p.* 2. *c.* 11. *def.* 19. *Ludwell. Disp. ad Inst.* 3. *tb.* 7. *lit. d. Fiebig. Disp.* 3. *ad exercit. Frantzk. Semid. qv.* 3.] jam si Creditor contra minorem agens executionem impetravit, qværitur, num hæc impediatur per exceptionem *d. Authent.*? Sic, cum sit juris exceptio, qvæ litis ingressum impedit, ergò etiam executionem; Omnes enim exceptiones sive dilatoriæ sive peremtoriæ, qvæ ad impe-

dien-

dicendum litis ingressum in ordinario judicio ante litem contestatam vel opponi debent vel possunt, eædem etiam in summariis vel executivis judiciis in primo actu judiciario ad impediendam executionem opponi possunt, *Felin. in c. 12. exceptionem n. 34. X. de Except. Coler. de P. E. p. 4. c. 1. n. 178.* cum & creditor absq; declaratoriâ ipso jure creditum amittat; in allegationibus autem juris Judex statim debet pronunciare, cum ipsi in jure supplere liceat *c. 44. X. de Appellat. Berlich. in decis. p. 2. decis. 28. ubi citat Lipsiensium præjudicia.* Succedanea huic sit *exceptio Novationis*: cum enim novatione hac voluntariâ, qvæ per stipulationem fit *l. 29. D. novat. §. 3. J. Qvib. m. toll. oblig.* qvæ communita est novare volentium voluntate ipso jure tollatur obligatio *d. §. 3. J. l. f. C. novat.* qvidni etiam ope exceptionis, ubi ex urgentissimis conjecturis patet, primam obligationem in secundam transfusam esse, ne aliàs verbis tantum non ipsis rebus posita sit lex *d. l. f. C.* hinc q; Justinianus ad id, qvod plerumq; , ubi de voluntate signis certis præsumendâ tractatur, altercatio incidat, respexerit, obq; eam causam novandi expressum animum reqvisierit; *Dn. Frantzk. Ex. 11. qvæst. fin. Bachov. ad §. 3. J. Qvib. mod. toll. oblig. n. 9. Gail. 2. Obs. 30. n. 3.* cum nec novum sit, uti dicit *Grevenius lib. 2. Concl. 30. n. 4.* præsumtionibus, qvod, expresse fiat, lege reqviritur, suppleri, & in criminalibus, ubi apertæ reqviruntur probationes, etiam præsumtivæ sufficientes sunt: Illæ verò conjecturæ ex verbis contrahentium, non conjecturis legis colligendæ, hinc si pro decem promiserim qvindecim, si super eodem debito plures promissiones emittuntur, aut contractus se non patiuntur, tunc novatio ex necessitate inest; *Mascard. de Probat. Vol. 2. concl. 1107. à n. 20. p. 444. Umm. ad Process. Disp. 23. th. 7. n. 30.*

§. 22. Jam de *dilatione moratoria*; [qvæ tantùm ratione causæ efficientis ab exceptione pacti conventi temporalis differre videtur; *v. l. 2. C. de prec. Imp. offer.*] hæc, præbitâ fidejussione idoneâ super debiti solutione [aut aliqvando etiam prævià juratorià promissione, *Umm. d. l. p. 329.*] *l. 4. C. d. t.* debitoribus fortunæ lubrico bonis lapsis [etiam juratò huic in contractu renunciantibus, *Moller. in Semest. l. 4. c. 6. n. 1.*] sive à Principe, sive à partibus obtenta, conceditur; R. A. *de Anno 1548. tit.* von verdorbenen Kauffleuten: qvo durante dilationis tempore à nemine conveniendus debitor, siq; molestetur, hac exceptione tutus est *d. l. 2. C. de precib. Imp. offer.* Qvæ ipsa & Fidejussori prodest, cum videatur esse rei cohærens, qvæ fidejussori accommodanda; potest videri *Zanger. de Except. p. 3. c. 26. n. 221. ibi pacti de non petendo.* Cōpetitq; ipsi, etsi pars major Creditorū tantùm dilationem indulsit, cum semper ratione non consentientium excussionis beneficio tutus sit fidejussor; *ipseq; Colcr. de P. E. p. 1. c. 4. n. 22.* concedit, qvod, fidejussore intra privilegii moratorii spacium convento litem denunciante reo, dilatio impediat exactionem; sed semper litem denunciare poterit fidejussor. Sed & inter cessionem bonorum, qvæ fidejussori non prodest §. *fin. I. de replic.* & hanc dilationē, discrimen est, cum ibi faciliùs subire possit præjudicium Creditor, hîc verò minimè, etiamsi sint qvinqvennales indultæ à Principe, *arg. l. 58. §. 1. D. mandati*, cum utrobiq; eadem ratio intercedat: *Umm. ad Processf. Disp. 8. n. 26. & Disp. Final. th. 7. n. 30. Hippolyt. de Marsil. Tract. de Fidei: n. 275.* Porro sese obfert *Exceptio litis pendentiæ*, qvæ & ipsa executionem impedit, uti ex *Parladorio citat Berlich. decis. 270. p. 2. n. 20.* Pendet verò lis, postqvam à judice competenti Citatio emanavit, & ad

ad partem citatam pervenit, vel per eam factum est, qvo minùs ad sui notitiam perveniret, dummodò Citationi inserta sit causa, ob qvam reus conveniatur, aliàs citra hanc expressionem causæ lis non pendet, nisi actor in termino comparens libellum produxerit. *Clement. 2. ut lite pendente nihil innovetur c. proposuisti 19. X. de foro compet. Herculan. de Attent. c. 6. n. 7. p. 419.* Nec sit etiam Citatio circumducta, cum hæc invalida sit, cassetúrq;, *Zanger. de Exc. p. 2. c. 13. n. 7. & 12.* Debitor ergò litis pendentiam opponere potest, nisi ipse est in causâ, qvod lis nova contra se moveatur, scilicet dum ob non factam solutionem in Curiâ aliâ executio â Creditore erat intentanda, *Berlich. p. 1. concl. 79. n. 5. & decis. 119. n. 1. ubi n. 11. responsum Lipsiensium; n. 12. Rescriptum Electorale, qvod emanavit 22 Augusti* 1620. & 27 *Januar.* 1621. *laudat.* An verò per Citationem *ex l. diffamari* inducitur litis pendentia? distingv. inter judicium provocatorium [ubi de veritate jactationis, aut traductionis, aut impositionis perpetui silentii tractatur] & inter causam principalem seu actionis [ubi diffamans intra terminum præfixum de jure suo agere vel accusare debet] ibi conceditur, ubi enim judicium cæptum, ibi & finem accipere debet, nec concurrens judex potest diffamanti præfigere terminum ad agendum vel accusandum: hic negatur, cum judex diffamationis, probatâ summariè [*Dn. Carpz. p. 1. c. 7. def. 28.*] diffamatione, solùm pronunciare debet ratione termini, intra qvem reus conventus in ordinario judicio agat vel accuset; qvo facto, si reus, qvi in judicio diffamationis erat actor, plures habeat judices, in electione Actoris erit, unum ex illis eligere, dicit *Gail. 1. Obs. 11. Zanger. de Except. p. 1. cap. 13. n. 17. Mundius de diffamat. cap. 1. n. 41. & 51.*

§. 23. Hucq; spectat *Appellationis Exceptio*: Si enim à sententiæ definitivæ die *l. 1. §. biduum 5. D. qvando appell. Auth. hodiè C. de Appellat. Gail. 1. Obs. 139. n. 5.* intra decendium *Novell. 23 c. 1.* König im Proceß. *c. 104. n. 4.* Rotschitz *ibit. c. 38. n. 11. Termin. in Process. c. 20. n. 11.* à momento ad momentum currens *l. 1. §. 8. C. qvando appell.* ipsius horæ, qvâ sententia publicata est; siq; Apostoli intra 30. dies *l. 24. judicibus C. de Appell. clem. qvamvis 2. de appell.* (in Aula Electoris Sax. aliisq; Dicasteriis terminus unius mensis est, Wittenb. Hoffgerichts *O. tit.* wie und wann die Appellation stat habe.) à tempore latæ sententiæ, *Zanger. de Except. p. 2. c. 20. n. 2.* vel scientiæ, *Idem n. 3.* connumerandos, petiti, dati, Judiciq; ad qvem insinuati sint, tunc enim eà ita legitimè introductâ *l. 7. C. de appell. Vant. de Nullit. act. qva & intra qvæ tempora n. 40.* appellante petente, ad Judicem à qvô Inhibitio datur, ne, pendente Appellatione, aliqvid in causâ attentetur *c. 7. non solum de Appell. in 6. c. post Appellationem 31. caus. 2. q. 6. Umm. ad Process. Disp. 23. th. 7. n. 31.* Cumq; Appellationis species sit in integrum restitutio. *l. 17. præfecti D. de Minor.* aut illi comparetur. *l. 32. post pr. C. de Transact.* utiq; & hæc contra executionem erit *l. un. C. de in integr. restit. postul. ne qvid novi fiat.* Consule *Fachin. lib. 12. c. 17. & Umm. d. l. n. 45. Berlich. p. 2. decis. 179. Marant. de Appell. n. 108.* Hucq; spectat *exceptio spolii*, qvæ cum litis ingressum impediat, *Zanger. de Except. p. 2. c. 18. n. 4.* utiq; & impediet executionem, juxta regulam traditam *in* §. 21. modò in continenti probata fuerit, N. G. *O. t. 11.* §. deßgleichen & §. *sq.* wird de auch *&c. Berlich. p. 1. concl. 84. n. 77.* Sed remoram ponit *Novus Process. Judic. t. 39.* von der *Execution.* §. wann aber das Vrtheil, *ibi*, und keine andere *Exceptio*, als *Solutionis* oder *Compensationis*; R. cum, Princeps exceptiones

remo-

removens de frivolis tantùm cogitasse præsumatur; *Felin. in c. ex parte 13. X. de offic & pot. judic. deleg. n.* 3. cumq; eæ sint ex jure naturæ, qvod abrogationi non suppositum; utiq; Serenissimus Princeps & præter dictas omninò alias ibi non expressas admisit; Qvod & patet ex *Rescripto Torgensi tit.* von wucherlichen *Contracten.* §. da aber dennoch einer; *& ex Ordin. Politicâ de anno 1612. tit.* von Justitien-Sachen *n. 19.* §. Dieweil denn dieses suchen *vers.* daß Innhalts der Lands-Ordnung. *Rauchbar. part. 2. qvæst. 25. n. 106. Magnificus Dn. Præses, Mecænas atq; Præceptor æterno honore mihi mactandus, in prælectione tit. de restitut. Spoliat. ibi secundus modus per modum Exceptionis vers. 3. istud singulare &c. Dn. Carpz. p. 1. c. 8. def.* 17. *n.* 21. *& p. 1. c.* 32. *defin.* 64. *num. 6.* His etiam accensenda *Complementi Exceptio, d. Ordin. Polit. de anno* 1612. *ibi*, als da sind *Excepio non secuti implementi: Zanger. de Except. part. 3. cap. 26. n. 108.* deq; aliis scrinia Practicorum evolvenda.

§. 24. Qvod hîc de Exceptionum beneficio dictum, verum est, si ad Actoris petitionem in jus reus sit vocatus, adq; sui defensionem exceptionem objecerit: aliud verò obtinet, qvando debitor non lacessitus Judicis officium implorat, declaratq;, sibi competere exceptionem, seseq; ab actione immunem, qvæ Creditori vel competierat, vel poterat conpetere; Sunt etenim casus, ubi Actorem cunctantem judex ad agendum cogit, aut reum jus suum in judicium deducentem, proinde ut Actorem, audit, superq; exceptione pronunciat, & perpetuum im-

ri possessionem: Sic petit primogenitus, se declarari dominum bonorum ab alio possessorum; & simultaneè investitus, declarari, sibi conjunctam manum competere, qvi, mortuo possessore, in feudo succedat, aut alienatam possessionem competentibus remediis revocet, *Clarus lib.* 4. §. *feudum qvæst.* 41. ubi distingvit, an alienatio sit facta jure permittente an verò non. *Const. Elect.* 49. *p.* 3. Torgau. Ausschreiben *tit.* welcher gestalt die Mitbelehnten ein Gut *revoci*ren mögen. Hic verò hæc dominantia reqvisita notare lubet: etenim adeundus hic judex non actoris, sed debitoris, *Zanger. de Except. p.* 3. *c.* 26. *n.* 207. neq; debitor præveniendo exceptionem per modum actionis proponat, sed tantùm imploret Judicis officium, si scilicet Statuto aliqvo exceptionibus excludatur, *arg. l. fin. sub fin. vers. cum autem C. de ordin. cognition.* cum enim removeor ab excipiendo, multò magis ab agendo, ne qvod unà vià prohibitum, per indirectum alià concedatur; & differunt Exceptio & officium Judicis, si ad diversum finem & effectum tendunt: Ne verò excluso ita ab exceptionibus ordinario modo proponendis probandisq; debitore, Creditor cum hujus damno locupletetur, Judicis officii imploratio indulgetur, cum hoc semper locum habet, ubi actio deficit & æqvitas id svadet: Sed & hæ exceptiones sint ejusmodi, ut altiorem indaginem non reqvirant, aliàs enim ordinario processui reservandæ sunt, qvibus cum detrimento suo uteretur debitor, si easdem præveniendo damnum inferre Creditori conaretur; *Berlich. part.* 1. *concl.* 84. *n.* 99. & *p.* 2. *decis.* 270. *n.* 19. 23. 35. 39. *Heigius p.* 2. *qvæst.* 8. *Zanger. de Except. p.* 3. *cap.* 26. *n.* 192.

TANTÙM.

CORO-

CORONIDES.

1.

VAlet statutum, ut qvis ex alterius delicto teneatur arg. c. 2. X. de delictis puerorum; l. 70. §. f. D. de fidei. Schneid. ad §. 10. I. de Act. n. 21. p. 729.

2. Vasallus absq; consensu domini feudum oppignorare neqvit l. 2. F. 55. Klammer. in Prompt. tit. 7. de amiss. feudi §. 3. p. 287. Hakelm. Disp. ad π. 12. Coronide 1.

3. Feudum hereditarium venit in petitionem hereditatis, cum jure allodii censeatur Wesenb. π. D. de hered. petit. n. 11. Bessel. Dissert. XI. th. 2. Mynsing. Cent. 3. Obs. 67. Klammer. in Promtuar. t. 4. de success. feudi §. 16.

4. Portio portioni & etiam personæ accrescit, si dist. inter proprietatem & usumfructum v. l. 33. §. 1 D. usufr. l. 10. D. usufr. accresc. Riemer. de jure accresc. p. 2. §. 3. Fiebig. Disp. 4. ad Exerc. Frantzk. q. 4.

5. Contrahentibus se invicem circumvenire licet, cum hoc ex re ipsâ & incuriâ contrahentium fiat l. 22. l. 23. D. locati Dn. Frantzk. Ex. 11. q. 3. Antonius Burgensis Tract. de Emt. in c. cum dilecti X. de emt. n. 22. Tilem. Disp. ad π. 24. p. 1. th. 40. & 41.

6. Annuorum redituum emtio venditio licita, Novell. 160. in pr. & c. 1. ibiq; Joach. Stephani. l. 14. §. 1. sane C. de SS. Eccles. cap. 1. lib. 3. de emt. Extrav. commun. Wesenb. π. D. de usur. n. 14. Klammer. Promtuar. de usur. t. 19. §. 11. seqq. Hakelm. Disp. 1. XI. th. 3.

1777.

8. Hereditate venditâ jus accreſcendi ad venditorem pertinet, cum emtor repudianti non ſit junctus: v. l. 88. D. de hered. inſtit. Excell. Dn. D. Svev. Velit. 13. th. 5. lit. e. Bronchorſt C. 2. aſſ. 59. Riemer: de jure accreſc. cap. 4. 5. 7

9. Advocatus in propriâ causâ, obtentâ victoriâ & condemnatâ in expenſas parte, ſalarium petere poteſt per modum damni & intereſſe, cum ob hanc cauſam tempore excluſus aliis advocatione intereſſe non potuit, l. 61. §. 5. D. de furtis: Gail. l. 1. Obſ. 151. n. 16. Schrader. de feudis Tom. 2. p. 9. ſect. 2. n. 35. 36. Mūdius de diffamat. c. 5. §. 5. â. n. 62. Treutler. Vol. 1. Diſp. 8. th. 2. l. c. n. 40.

10. Advocatus mendacio in bonâ causâ ad convincendum adverſarium ſalvâ conſcientiâ uti poteſt: v. c. 2. cauſ. 23. q. 3. cum nec dolo facere videtur, qvi fraudem excludit: Marant. in Speculo part. VI. de Confeſſ. n. 28. Clapmar. de Arcan. lib. 1. c. 2. Umm. ad Proceſſ. Diſp. 2. th. 8. n. 41. Dn. D. Groß Dec. 10. q. 1. D. Balduin. in Caſib. Conſc. I. 4. c. 17.

11. Judex ex conſilio Sapientum malè judicans litem ſuam non facit, cum nec dolus, nec culpa nec imprudentia ejus interveniat, dum facit, qvod facere debet l. 79. §. 1. D. de judic. Conſtit. Crim. Caroli V. art. fin. ibiq; Zieritz. l. 2. D. Qvod qvisq; juris in alium. l. 8. §. 1. D. ad L. Aqvil. Dn. D. Groß Dec. IX. q. 7. Dn. Frantzk. Ex. 12. q. f. n. 15.

12. Nimia Juris-Conſultorum in Republicâ autoritas nociva non eſt, contra Hippolithum â Lapide Diſſert. de ratione Stat. in præf. ibi, & qvidem præter immobilem fatorum vim.

13. Jus Emphyteuticarium ſeu meliorationes, inconſulto domino, Emphyteuta, modò fraus abſit, donare poteſt,

eſt, arg. l. 1. C. fund. patrimon. cum de privatâ Emphyteuſi nullibi aliud, qvod de publicâ, ſtatutū; inq; fundi vectigalis translatione cōtrahentiū voluntas tantùm attēdenda l. 219. D. de V. S. Neq; hic, ſicut in venditione, jus retractus ſibi locum vindicare poteſt, dum enim dominus tantum pecuniæ, qvantum extraneus, offert, præferendus meritò, l. 3. C. de Jure Emphyt. cogi verò neqvit Emphyteuta, ut domino donet potius, qvàm amico, â qvo munera accepit; qvamvis donatarius & novus Emphyteuta denunciare debeat domino, qvò inveſtiatur, ſolvatq; laudemium, qvod laudatus & approbatus fuerit domino, cum omnes ſolvere debeāt laudemium, qvi recipiuntur non comprehenſi in primo contractu. Excell. D. Svev. Velit. 13. th. 12. Bronchorſt. C. 1. aſſ. 80. Riemer. Dec. 7. q. 1. ſub f. Dn. Fiebig. Diſp. XI. Semid. q. 4. ob n. 12.

14. Actor fundamentum ſuæ intentionis in peremtoriâ Rei exceptione ponere neqvit; cum exceptio excludat jus Actoris: ſiq, e. gr. admitteret exceptionem Transactionis, abſolvendus eſſet reus l. 13. C. Transact. aut eandem niti veritate negaret, qvi falſitas rei poſſet actori parere veritatem? l. 8. §. 14. D. inoffic. Teſtam. cum & exceptis litis ingreſſum impedientibus, per peremtoriam exceptionem neqvaqvam litis conteſtatio intelligatur eſſe facta, c. 2. de lit. conteſt. in 6. ſine qva ad ſententiam definitivam pervenri neqvit: Vide cap. 6. X. de Except. ibiq; Colerum n. 18. p. m. 63.

15. Finium regundorum actio mixta eſt, ſi ſc. per mix-

ies præstationes est, tum qvod qvis ibi jus suum perseqvatur, petitur enim, ut confines rusticorum prædiorum limites obscurati distingvantur & restituantur, terminiq; per mensorem declarentur l. 8. D. fin. regund. ex qva lege hanc actionem qvasi delictum sapere, cum usurpanpi qvibusdã loca, in qvibus jus non habent, irruptio fluminis occasionem præstet, adstruit Henricus Bessel. Dissert. 14. ad π. th. 2 p.177. Sed, respondente Dn. Fiebigio Disp.13. q. 3. usurpatio illa obligationi ex qvasi delicto facere locũ neqvit, aliàs omnis actio fin. regund. esset ex delicto, qvod ipse Dn. Bessel. negat. th. 2. in pr. ibi, vel ex contractu vel ex delicto &c. Consule Schneid. ad §. 20. I. de Act. à n. 4. p. 823.

16. Qvi frumentum ostendit, multosq; ejus generis modios vendit, qvos non habet, tantùm ut arrham accipiat, furti non tenetur, nec enim ab invito, sed volente licet decepto, subtractum est, qvis enim voluntatem domini habens, fur dici potest, l. 43. §. 5. l. 46. §. 8. l. 48. §. 2. D. de furt. l. 1. §. 5. D. injur. Ille tamen, qvi hoc facinus designavit, impunitus evadere neqvit, sed Stellionatus accusari potest, adq; summum fustigatione punietur l. 2. D. de Stellion. Vide Wesenb. ad Schneid. §. 5. I. de oblig. qvæ ex delicto lit. c.

Ad.

Clarissimum Virum

DN. JOACHIMUM NERGERUM,

Electoralis Curiæ Protonotarium,

In Disputatione ejus inaugurali:

QVæ sibi te primis, NERGERE, sacravit ab annis,
Contulit & qvicqvid possidet alma Themis,

Illa

Illa tuo solitis sacris præludit honori,
Purpureum læto carmine pacta decus.
Nos seqvimur votis, clarisq; allabimur orsis,
Mox prompti castos concelebrare toros.

gratulabundus fac.

Joh. Ericus Ostermannus,
P. P.

In
CLARISSIMI VIRI,
Et Juris Utriusq; Candidati Eximii,
JOACHIMI NERGERI,
DISPUTATIONEM SOLENNEM,
EPIGRAMMA.

Certabant Themis atq; Venus, cui debitus esset
NERGERUS, *Clariæ portio docta manûs.*
Illa suo veteri sese ostentabat alumno,
Ista novo spondet mille tropæa proco.
Incedens Astræa prior sua munera jactat,
Qveis dignum blandâ Virgine præstiterit:
Hujus ponè secuta gradum Cytheréa, vetustas
Commendat curas, exstimulatq; novas.
Invenit Fortuna viam, litisq; seqvestra
Dat Themidi Venerem, dat Veneri Themidem.

1978.

Exeqvere, haut obstat sive appellatio, Juris
Sive aliud medium; Themidis sententia lata est
definitivè; Cypridis præcesserat: Illa
Te vult Doctorem, vult hæc Te JURE maritum.
JURE qvod assignat gemini Sententia justa
Judicis, exeqvere, & Doctor, NERGERE, maritus
non eris infelix, Judex subscribit uterq;.
Si qvid vota valent, si qvid pia Carmina possunt,
Fausta Tibi qvæcunq; geris, felicia cedent.

Clarissimo Dn. Nergero convictori & amico suo fraternè dilecto gratulabundus scribebat,

NICOLAUS Schwabe.

FINIS.



